



*Post tenebras
spero lucem
(Job 17,12)*

EX LIBRIS

JOSEPH CREMASCOLI

THESAURUS MUNDI
BIBLIOTHECA SCRIPTORUM LATINORUM MEDIÆ
ET RECENTIORIS ÆTATIS

curantibus

Iosepho Billanovich, Guidone Martellotti, Iohanne Pozzi

SUMMA BRITONIS
SIVE
GUILLELMI BRITONIS
EXPOSITIONES VOCABULORUM BIBLIE

EDITED BY
LLOYD W. DALY
AND
† BERNADINE A. DALY

II



PATAVII
IN ÆDIBUS ANTENOREIS
MCMLXXV

© COPYRIGHT BY EDITRICE ANTENORE (VIA G. RUSCA 15) · PADOVA
PRINTED IN ITALY

SUMMA BRITONIS

N-Z

N

NABLUM hebraice, grece psalterium, latine organum dicitur. Ita dicit Papias. In Historiis (1343) autem super xxii capitulum secundi libri Regum dicitur, «Sic ponit Ieronimus differentiam inter psalterium et nablum. Et est psalterium
5 canora cithara x cordis coaptata que percutitur cum plectro. Nablum vero xii sonos habens digitis tangitur». Vide infra ubi exponitur psalterium.

NACTUS, cta, ctum, id est adeptus, consecutus, et dicitur a nancisor, nancisceris, nactus sum, nancisci, id est consequi, acquirere, invenire. Et est deponens pro quo antiqui dicebant nancio, cis, ut ait Priscianus (x, 21).

NAPTA «purgamenta lini vel cuiuslibet rei. Salustius autem scribit in Historiis quod napta sit genus fomitis apud Persas quo maxime nutriuntur incendia. Alii ossa olivarum que proiciuntur cum amurca arefacta naptam appellari putant».
5 Ita dicit Papias et concordat cum glosa Danielis iii (46). Addit etiam glosa quod «grece pirin vel pirene dicitur eo quod ignem nutriat, qui grece pir dicitur. Plinius dicit naptam circa Babilonem modo liquidi bituminis profluere et nutriendis ignibus amicam esse ut etiam longe amota ignem
10 corripiat». Versus,

Ignem napta foveat manatque bituminis instar,
Ossa per hanc oleae respersa notantur amurca.
Malleoli sarmenta vocant aut vimina sicca.

Amurca dicitur proprie fex olei inferior et quandoque acci-
15 pitur pro fece alterius liquoris. Et dicitur amurca quasi amara vel a mergo, gis quia se mergit inferius in fundo vasis.

NARDUS «herba est spicosa. Unde et a Grecis nardus sta-

NUBLUM 5 canora *om.* C; cordum A; captata A 6 nabla BD
NAPTA 1 salustinus B 6 etiam] in D 7 qui] que D 12 oleae D; vo-
cantur A, notant C; amurica A 14 dicitur *om.* C
NARDUS 1-2 nardustaquos A, nardus stacos B

quos appellata est». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,3). «Et est herba aromatica, fragili radice scilicet, nigra et foliis densa quorum summitates consurgunt in spicas . . .
 5 Unde hoc nardum dicitur unguentum vel confectio ex ea nardum pisticum dicitur, id est fidele, purum, sine omni impostura vel deceptione, non adulteratum aliis herbis. Pistis enim grece, latine dicitur fides. Nardum spicatum dicitur quia species nardi in eo sit vel quia de spicis et foliis sit
 10 confectum». Ita dicit Hugutio. Versus (*Grec.* IX, 78-80),

Nardum spicatum de spicis sit tibi factum,
 Est nardum pisticum purum sive fidele,
 Nam pistis grece nostro sermone fides est.

NARIS secundum Hugutionem (*s. v.* Nosco) dicitur a gnarus, ra, rum, quod est sciens, peritus. Unde naris dicitur quasi gnara quia bene scit discernere odores. Ysidorus in xi (I, 47-8) Ethimologiarum sic ait, «Nares idcirco nominantur
 5 quia per eas vel odor vel spiritus manare non desinit sive quia odore nos admonent ut odoremus aliquid ac sciamus. Econtrario inscii ac rudes ignari dicuntur» quasi sine nare, id est sine discretione. Et subdit Ysidorus, «Narium recta pars, quia equalis est in longitudine et rotunditate, columpna
 10 dicitur, extremitas eius pirula a formula piri, que vero a leva dextraque sunt pennule ab alarum similitudine, medium autem interstitium dicitur». Et dicit Papias quod «tria sunt narium officia: unum ducendi spiritum, alterum capiendi odorem, tertium deducendi cerebri purgamentum».

2 appellatur B 3 radici C; scilicet] sed BD 4 spinas D 6 fidele vel purum B, fidele scilicet purum C 7 impostuca A; foliis vel herbis B 8 dicitur *om.* A; *post fides add. C in textu, in marg.* D: in omilia secunde ferie post dominicam in ramis palmarum dicit augustinus quod ait pistin (pistici D) locum aliquem credere debemus unde hec (hoc D) erat unguentum pretiosum 9 sit hec vel A; spicis et *om.* B

NARIS 2 unde et B 3 inter odores C 6 ac sciamus *om.* B; sciamus] persciamus A 7 e contrariis B 10 formula] forma B 11 dextra quia D

NATATORIA dicitur locus in quo solent homines natare. Et dicitur alio nomine natatorium. Dicitur autem a nato, tas et est verbum frequentativum descendens ab hoc verbo no, nas, et corripit primam sillabam. Unde Iuvenalis (4,54-5),

- 5 Quicquid conspicuum pulchrumque est equore toto,
Res fisci est, ubicumque natat.

Iohannis ix b (7) ubi dicitur, «Vade et lave in natatoria Siloe», dicit Interlinearis «id est piscina que dicitur Siloe», et ibidem sequitur in textu (11), «Vade ad natatoriam Siloe»,
10 ubi falsi libri habent natatoria. Unde dicitur in Historiis (1587), «Siloe fons est ad radicem montis Sion qui non iugibus aquis sed in certis horis ebullit cuius aque, ut exciperentur, quasi stagnum non longe a fonte constructum erat, quam collectionem modo natatorium modo piscina scriptura
15 vocat.

NATES a nitendo dicuntur «quia in ipsis innitimur dum sedemus. Unde et conglobata est in eis caro ne prementis corporis mole ossa dolerent». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xi (1,101). Et secundum Huguitionem (s. v. Nitor) de-
5 clinatur hec nates, huius natis. Raro tamen invenitur in singulari.

χ NATALE, natalis neutri generis et hic natalis in eodem sensu dicitur nativitas, scilicet in kalendario. Tamen differunt natale, lis et nativitas quia ibi nativitas appellatur a matre in terra, ut nativitas Christi, nativitas Sancte Marie vel Sancti
5 Iohannis. Sed natale vel natalis dicitur obitus vel dies obitus sanctorum, quorum obitus in terra nativitas est in celo. Unde natalicius, a, um ad nativitatem pertinens, et hoc natalicium, id est nativitas.

NATATORIA 2 ab alio B; et] quod BC 7 ix b] xi ABD; ubi dicitur *om.*
B; lavare B 11 fons est *om.* D; non] in C 12 ut] non ABD
15 notat D

NATES 1 innituntur B 2 et *om.* D 6 *Post* singulari *add.* C: versus
quavis arte nates tamen apparet tibi nates

NATALE 2 dicitur *om.* C 4 nativitas Christi *om.* C

NATIO, nationis dicitur proprietas nascendi, scilicet actus vel passio nascendi. Item natio dicitur gens, secundum propriam nationem cognationem et collectionem ab alia distincta, ut Gallici, Britones, Teutonici. Item natio dicitur «eorum
5 provincia». Item natio est «quandoque regio vel terra parum vel nichil habitata». Ita dicit Huguitio (*s. v. Nascor*).

NATHINEI hebraice, ypodiaconi grece, subdiaconi latine. Unde Ysidorus Ethimologiarum vii (12,23), «Ypodiacones grece quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur quia subiacent preceptis et officiis Levitarum . . . Hii
5 apud Hebreos Nathinei vocantur». Et secundum Remigium in Interpretationibus «Nathinei donantes vel donati» interpretantur. Alii dicunt quod Nathinei dicuntur in humilitate deo servientes. Ypodiacones autem grece, subministri latine; diaconus enim dicitur minister.

NATURA a nascor, nasceris dicitur idem quod nativitas. Item «natura dicitur deus quia omnia creavit et nasci facit. Item natura dicitur quilibet creatura . . . Item natura dicitur complexio. Item natura dicitur quedam vis naturaliter
5 insita rebus, de similibus similia procreans . . . Item natura dicitur significatio vocabuli . . . quia vocabulum nasci nichil aliud est quam ipsum inveniri et imponi». Et pluribus aliis modis dicitur natura, sicut dicit Huguitio (*s. v. Nascor*).

NAUCLERUS «dominus navis est, appellatus ita quod navis in sorte eius sit». Et est compositum a navis et cleros, quod est sors. Sic exponit Ysidorus Ethimologiarum xix (1,3). Naufragium navis fractio, navigare navem agere.

NAULUM est pretium quod datur naute ab illis qui vehuntur in navi. Et dicitur a navi quasi navis lucrum.

NATIO 3 nationem *om. B* 5 est] dicitur *B, om. C*

NATHINEI 3 subdiacones *ACD* 6 donantes] donationes *C* 7 alii . . . dicuntur *om. B* 8-9 ypodiacones . . . minister *om. B*

NATURA 2 fecit *B* 4 naturaliter *om. BC* 5 de] ex *B*

NAUCLERUS 3 Ethimologiarum xix *om. A*; xix] xx *D*

NAULUM 2 et dicitur a navi *om. C*

NAUSEA est vomitus in mari ex conturbatione cerebri propter aquam vel fetorem. Vel potius nausea est voluntas vomendi sine effectu et proprie in navi et dicitur a navi. Unde nauseo, as ad vomitum provocare, voluntatem vomendi habere sine effectu. Et quandoque large accipitur pro vomere sicut nauseam pro vomitu.

NAZAREUS «sonat florens vel floridus vel germinans. Dicebanturque Nazarei quidam qui ex voto se obligabant sanctimonie usque ad determinatum tempus vel iugiter, ut Samuel, et consecrabant se domino et quasi separabant se a communi vita hominum, sicut quis modo per annum unum vel per duos servit in hospitali Ierusalem. Sanctitatis eorum hec erat lex. Omni tempore separationis sue novacula non ascendebat super caput Nazarei. Unde forte quidam pingunt apostolos et Christum crinitos non in re sed pro sanctitate. Nichil quod inebriare poterat bibebat, nec edebat aliquid quod esset ex vinea, ab uva passa usque ad acinum. Ad nullum mortuum ingrediebatur, quia si mortuus fuisset subito aliquis coram eo, polluebatur caput consecrationis sue et ilico radebatur caput suum et rursum die septima offerebat par turturum aut duos pullos columbarum, quorum unum sacerdos faciebat pro peccato et alterum in holocaustum. Diesque quos fecerat pro infectis erant et voti sui sanctimoniam iterum incipiebat. Forte non pro quolibet mortuo sed pro occiso coram eo polluebatur . . . Completis autem diebus voti sui offerebat agnum anniculum in holocaustum, ovem anniculam pro peccato, arietem pacificam hostiam. Et nota, cum simpliciter ponitur aries, quod Hebreus dicit ad minus duorum annorum eum debere esse. Canistrum

NAUSEA 3 et *alterum*] vel in mari A; navi unde *om.* A 4 provocari BC 4-5 voluntatem . . . effectu *om.* AB

NAZAREUS 1 florens] floreus C 2 obligaverunt C, obligant D 3 terminatum A 4 separabant B 6 per *om.* B 12 nullum] illum C; quia] quod B 13 subito *om.* C 14 tendebatur A 14-15 offerbat D 17 infectis] festis A 18 forte quod non A, forte et non B 22 nota quod cum AD 23 eum *om.* B

quoque diversorum panum azimorum, exceptis hiis que
 25 sponte offerebat iuxta perfectionem sanctitatis sue, que oblatio dicebatur corban, id est munus. Et offerebat mulier xxx siclos si poterat, vir l, sin autem ad arbitrium sacerdotis pauper offerebat. Cumque immolaverat hostias sacerdos ritu suo radebatur Nazareus ad hostium tabernaculi ponebatque
 30 sacerdos crines eius in ignem sacrificii, et sic ad communem hominum vitam redire poterat». Ita scribitur in Historiis (1220-1) super sextum Numerorum.

NEBULA et nubes et nubilum dicuntur a nubo, nubis, quod est tegere in una significatione. Unde Papias, nebula inde dicta unde et nubila ab nubendo, id est operiendo terram sive quia volans sursum nubes faciat. Exhalant enim valles
 5 humide nebulas et fiunt nubes. Inde nubilum, inde nubes. Nebule autem ima petunt cum serenitas est. Item dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (7,2), «Nubes dicte ab obnubendo, id est operiendo, celum. Unde et nupte quod vultus suos velent, et Neptunus quod nubat, id est mare et terram
 10 tegat. Nubes autem aeris densitas facit. Venti enim aerem conglobant nubemque faciunt». Nota versus differentiales de Grecismo (xii, 351, 353, 352 + ?),

Aeris est nubes, nebule de flumine surgunt
 At panis nebula tibi subtilissimus extat.
 15 Nubila sunt proprie nubes nimbis honerate.
 Nubila dat tellus, nebulas mare, sidera nubes.

NECESSE indeclinabile est, id est inevitabile, quod aliter esse non potest. Et dicitur a necto, nectis quia nexum est et firmum nec dissolvi potest. Item necesse, id est utile, ut ne-

27 vir viro B 28 efferebat C 30 igne B
 NEBULA 2 regere A 3 nubila] nebula B, nubilaque C, nubila et ab A; ab om. D 4 quia] quod A, que B; volat A; faciet A 5 humide] habunde AC; inde . . . nubes om. C; nubes et nebule nebule A 6 autem a ima C 7 dicte sunt ab B 8 operiendo scilicet B; quod quasi C 10 regat AB; enim] autem B 12 de Grecismo om. C 15 nimbis] nivibus B
 NECESSE 1 est *primum* om. C 2 est om. A

cesse est orare deum. Quod autem dicitur necesse quasi non
 5 cessans esse ethimologia est. Et inde necessarius, necessaria,
 necessarium, id est inevitabilis vel utilis, et hic necessarius,
 id est amicus quia utilis est, et in tempore necessitatis com-
 probatur, et hec necessitas et hec necessitudo, sed differunt,
 sicut ait Papias, quia necessitas aliquid fieri cogit, sed neces-
 10 situdo est amicitia, delectio, affectus, affinitas vel propin-
 quitas vel vinculum etc. Invenitur tamen quandoque unum
 poni pro reliquo. Et nota quod necto, nectis, nexui vel nexi,
 tere, nexum, xu idem est quod ligare, adiungere vel inserere
 et nodare. Unde nexo, nexas verbum frequentativum, et fa-
 15 cit preteritum nexui et supinum nexum, nexu, sicut et pri-
 mitivum.

NECO, cas, cui vel necavi, necare, nectum vel necatum, id
 est occidere, obtruncare, affligere, extinguere. Versus dif-
 ferentialis (*Grec.* XXVI, 123),

A neco dic avi ferro, necui reliqua vi.

NEFANDUS, da, dum, id est execrandus quasi non fandus, id
 est nec dicendus nec nominandus.

NEFAS indeclinabile componitur a non et fas, quasi non fas,
 id est illicitum scelus, sacrilegium, erratum. Unde nefarius,
 nefaria, rium, id est sceleratus, «non dignus farre, quo pri-
 mo cibi genere vita hominum sustentabatur». Ita dicit
 5 Ysidorus *Ethimologiarum* x (188). Vel nefarius quasi non
 nominandus, id est indignus quod aliquis de eo fari debeat.

7 et in tempore] et interpretatur D 7-8 cum probatur D 9 sicut
 ait Papias *om.* C; necessitas] necessitudo C 10 est *om.* C 12 poni
om. C

In marg. fol. 109^v add. D: nota quod hoc nomen comparativum neces-
 sarior invenitur xxxii.d. porro ad hoc ubi dicitur quod baptismus
 est ordine prior et necessarior aliis sacramentis

NECO 1 necare *om.* BC 2 affugere A 4 necui reliqua vi] necuive neca-
 vi A

NEFANDUS 1 mephandus A 1-2 id est *om.* A

NEFAS 1 quasi] quia C 2 sacrilegium erratum *om.* A 4 homini B;
 sustentatur A 6 aliquid AC

NEGOTIUM multa significat. Dicitur enim controversia, causa, questio aut contentio, disceptatio. Item quandoque significat actum rei alicuius cuius contrarium est otium, quandoque actionem cause, quod est iurgium litis. Et dicitur negotium quasi non otium vel quasi negans otium, id est sine otio. Negotium autem in causis, negotiatio in commerciis dicitur ubi aliquid datur ut lucrum acquiratur. Item a negotio dicitur negotior, negotiaris, id est mercari, negotium facere. Et hic et hec negotista, te, id est mercator, institor, opifex, mercenarius.

NEOMENIA, nie dicitur innovatio lune et nota quod «sollemnitates legales erant vii: sabbatum, neomenia, phase, pentecoste, festum clangoris, festum propitiationis, scenophegia. Sabbatum interpretatur quies et potest dici festum domini quia, cum alia festa instituta et nominata sint ab aliquo eventu vel opere eorum, hoc dicitur sabbatum quia deus quievit in eo. Inde est ergo forte quod privilegiatum est in duobus quia non licet in eo cibum parare nec ultra mille passus ire. Dicitur autem hoc festum legale, non quin et ante legem etiam ab exteris quibusdam nationibus observatum fuerit sabbatum sed quia sub lege post observatum est. Eadem die preter iuge sacrificium offerebantur duo agni immaculati anniculi cum libamentis suis in holocausta. Neomenia sonat innovatio lune. Neos enim novum, mene luna interpretatur. Quia ergo Iudei in legitimis suis lunationes pro mensibus habebant ex lege, diem nove lune vocabant kalendas legales, et erat dies ferialis apud eos. Eo die offerebant vitulos duos, arietem unum, agnos anniculos vii cum libamentis suis per singulos, hircum quoque pro declinatione peccati cum libamentis suis, omnia hec in holocaustum. Quarta decima die

NEGOTIUM 2 aut] sive A 5 non] nec CD

NEOMENIA 2 noe menia D; phase] pascha C 5 sunt AC 7 forte om.
A 8 passus est ire B 10 observatum est om. A 12 duo] domino A
13 agniculi B; noe menia D 15 quia] quare A 17 eo] eodem BC
18 agniculos B 20 hec om. B

- primi mensis ad vesperam comedebant agnum paschalem, et nox illa dicebatur phase, id est transitus», – sicut dicitur in Historiis (1554) super Exodi xii (11), «quia transivit angelus per Egiptum percutiens primogenita ab homine usque
 25 ad pecus, et transivit super tecta Hebreorum linita sanguine. Et quia aggressus est Israel iter transeundi ab Egipto». – «eadem die pascha id est immolatio. Sequenti die inchoabant festum azimorum quod protelabatur septem diebus, quorum dies primus et ultimus erat ferialis et sollempnis
 30 ab omni opere servili, quod Ezechiel (45-6) addidit de festo prime diei Aprilis et alibi de decima die qua tollebatur agnus. Unde et primus mensis solet comparari septimo in sollempnitatibus. Forte Moyses causa brevitatis pertransiit, vel multa ad ampliandum cultum dei superaddita sunt, que
 35 Ezechiel prosequitur, sicut in sabbato de portarum apertione et prece principis. Post primam diem sollempnem, id est xvi luna, torrebant igni spicas recentes et grana manibus confricata ad modum farris fracti offerebant domino assarium unum, cuius pugillum vel dragmam unam adolebat sacerdos
 40 super altare; reliquum vero erat eius. Pro hac oblatione quidam putaverunt hoc festum non solum azimorum dici sed etiam festum novorum . . . errantes quia legunt nisan quandoque vocari festum novorum. Ab hac xvi die dicit Iosephus numerari vii ebdomadas, post quas statim erat pentecoste.
 45 Alii dicunt numerari eas ab altera die sabbati quod erat in diebus azimorum quia littera historie sic videtur sonare. Alii ab ipsa die azimorum ne plures quam I dies inter pascha et pentecosten inveniantur. In hiis vii diebus offerebantur per singulos dies in holocaustum eedem hostie que et in neomenia cum libamentis suis». – (1244, *add.* 2) «Certior sententia

25 tecta] terram B; linitam B 27 id est] et A 27-28 immolabant A, intrabant B, inchoant C 32 comperari B 34 multa alia C; ampliandum D 35 persequitur A; aperitione D 36 prece] prede D; id est *om.* A 39 unam *om.* AC 42-43 errantes . . . novorum *om.* AD 43 die *om.* C 44 ebdomadas A, ebdomas B, ebdomodas C 46 historum C 48 inveniantur A; vii *om.* C 49 hostie] hodie C

est a prima die azimorum quinquagesimum diem esse pentecosten, a secunda quinquagesimum secundum esse diem pentecostes, in qua offerebantur panes novi, sicut secunda die azimorum, et ita duo quinquagesimi leguntur numerati».

55 Hebreus longe aliter numerat. – «Pentecoste sonat quinquagesimus. Pentacon enim grece I, hebraice assarta vel pentecoste. Ipsa quinquagena dierum quibus completis ultimus dies dicebatur festum pentecostes, id est completivus I dierum. Fiebat autem in memoriam date legis que in quinquagesimo

60 die ab exitu de Egipto est data. Eadem sollempnitas dicebatur festum ebdomadarum quia supputatis, ut dictum est, vii ebdomadibus ab altera die sabbati azimorum fiebat. Quod si volumus sequi Iosephum sabbatum dicemus hic primam diem sollempnem azimorum. Dicebatur etiam fe-

65 stum primitivorum quia tunc etiam offerebantur de novis frugibus duo panes duorum assariorum, de alfitra siccata facti secundum Iosephum et fermentati, et ideo nichil ex hiis ponebatur super altare, et cum eis due agne tantum in esum sacerdotum. Et nichil ex hiis in crastinum relinqui permit-

70 tebatur. Erat et hoc festum quasi vii dierum, et per singulos offerebantur eedem hostie que et in neomenia et in diebus azimorum cum libamentis suis. Tamen videtur velle Iosephus tunc immolari vitulos tres, arietes duos, agnos xiiii. Prima die mensis septimi duplex erat sollempnitas, neomenia

75 et festum clangoris vel tubarum. Unde 'buccinate in neomenia tuba', in quo buccinabant cornibus pecorinis quia ea die liberatus erat Isaac ne immolaretur, pecore substituto

51-52 diem . . . quinquagesimum *om.* C 52 pentecosten BC, pentecosten D 54 et *om.* D; duo] domino AB; leguntur *om.* AD; numerati] numerari BC 56 pentacon] pentatio C; grece *om.* ABD; asserta B 57 quinquaginta A; completis et ultimus D 59 quinquagesima A 60 eadem die sollempnitas D 61 supputatum D 62 vii diebus ebdomadibus A 64 sollempnem *om.* C 66 fructibus D; duo] domino A; alphyta id est farina ordeï BC, *in marg.* A; sunt facti A 67 feramenti C 68 esu B 69 sacerdotium A 69-70 permutebatur AB 70 singulos dies A 71 et *primum om.* D 72 cum] in AD 73 immorari C; xii A 74 erat] est C 75 tuba et festum clangoris A 76 ea] eadem ABD

pro eo. Dicebatur etiam festum septimorum vel sabbatum mensium quia hic mensis vii fere totus erat sollemnis.

80 Eadem die, preter oblationes neomenie, offerebantur in holocaustum vitulus unus, aries unus, agni anniculi vii et hircus pro peccato cum libamentis suis. Traditur quod subintroductum est a Iudeis de cereis ut per ignem immolationem Isaac paratam significarent. Item a moder-

85 nioribus translati sunt cerei ad decimam diem, que est pro mortuis forte pro spe resurrectionis. Decima die eiusdem mensis erat festum propitiationis quia rediit eadem die Moyses ad eos referens eis deum placatum super offensa vituli conflatis. Eadem die ieiunabant homines et iumenta

90 et pueri septennes a vespera usque ad vesperam pro memoria mortuorum. Unde et dicebatur etiam dies afflictionis. Dicebatur quoque dies expiationis quia eo die sanguine vitule rufe expiatur tabernaculum et altare, ut predictum est. Et fiebat cinis ex eo ad expiationem immundorum, et

95 ipsi expiabantur a peccatis ipsius anni per emissionem hirci apompeii. Erat autem oblatio diei illius aries unus, agni anniculi vii, hircus pro peccato cum libamentis suis... Quinta decima die mensis eiusdem erat scenophegia, quod sonat fixio tabernaculorum, in qua per septem dies habita-

100 bant sub umbraculis in memoriam xl annorum in quibus fuerunt in deserto sub tabernaculis. Unde et festum tabernaculorum dici solet. Protelabatur autem vii diebus, quorum primus et ultimus sollemnes erant. Octavus etiam dies erat sollemnis non quia de scenophegia esset sed quia ea

105 die conveniebant ad faciendam collectam, forte in usus pau-

79 vii] septimus BD; erat *om.* C 81 agniculi B 83 sub introductus B; cereis etiam ut A 83 per hoc ignem C 83-84 ignem et immolationem O 84 a *om.* D 84-85 modernis C 85 decimam] x A 86-87 eiusdem] eius AD 87 quia] et A, *om.* B 90 pueri et septennes D 91 etiam *om.* C 92 quoque] etiam B 93 expiabantur A 94 eo] ea B, eo die C 95 expiebantur B; anni] agni C 96 pompeii C 97 agniculi B; suis vel eorum ABD 98 cenophagia B 101 umbraculis vel tabernaculis A 102 protelabantur AD 104 non *om.* D; cenophegia B 105 collectata C

perum vel in alios usus communes. Unde et scenophegia quandoque legitur esse festum octo dierum, sed patres illi non servierunt ogdoadi. Traditur quoque in quatuor diebus interpositis a die decima usque ad hanc diem Hebreos ob-
 110 servare ieiunia. Tradit Iosephus quod in hiis viii diebus ferebant in manibus ramos mirti et salicis et summitates palmarum et virgulas mali persici. Fiebatque de cunctis frugibus terre oblatio domino in gratiarum actione. Oblatio vero viii dierum hec erat. Prima die offerebantur in holocau-
 115 stum vituli xiii, arietes duo, agni anniculi xiiii et hircus pro peccato cum libamentis suis. Eadem oblatio arietum et agnorum et hirci fiebat per singulos dies sequentes, sed de numero vitulorum unus subtrahebatur in dies. In secunda xii, in tertia xi, in iiii x, in v ix, in vi viii, in vii vii. In octava,
 120 que erat sollempnis, offerebatur vitulus unus, aries unus, agni anniculi vii et hircus pro peccato cum libamentis eorum. Forte in vii diebus facta est subtractio vitulorum ut in summa fierent lxx in memoriam quod in lxx animabus intraverunt in Egiptum. Hee sunt oblationes in vii sollempnitatibus et fiebant de publico, nec propter hoc cessabat indesinens sacrificium nec hostie spontanee vel necessarie. Et nota quod ille tres sollempnitates que in vii diebus protelabantur precipue dicebantur. Et sabbatum quod interveniebat in illis diebus dicebatur sabbatum sabbatorum quasi sabba-
 125 tum festorum. Alias festivitates adiecerunt hiis Hebrei propter varios eventus, sicut encenia et phurim, id est festum Hester, sed non dicuntur legales, id est legibus institute». Ita scribitur in Historiis (1242-5). De cerimonia supra scriptum est. Expositiones vocabulorum quere in locis suis.

106 vel] et B; et *om.* D; cenophegia B 108 ocdoadi A, octoadi B, ocdoadis D; *post* ogdoadi *add. in textu* AC, *in marg.* D: (hec C) ogdoas (ocdoas AD) huius (*om.* C) ogdoadis (ocdoadis AD) dicitur spatium viii (vii C) dierum ab octo et doas quod est dies 110 tradidit A 111 mirti] mirre ABD; salucis B; summita B 113 terre *om.* B; domino *om.* D 116-117 et hyrcorum et agnorum A 120 unus et aries A, aries unus *om.* D 123 in *alterum*] cum A 125 propter] proprie ACD 128-129 et . . . dicebatur *om.* C 129 quasi] enim A, quasi hoc est B 134 vocabulum B

NEOPHITUS «grece novellus et rudis, fidelis» et nuper renatus. Et «componitur a neos, quod est novum, et phitos, quod est quero, quasi novus quesitor, qui enim nuper ad fidem conversus est de fide querere solet». Ita dicit Huguitio
 5 (s. v. Neos). Secundum Papiam neophiti dicuntur novitii. In idem redit.

NEPOS dicitur quasi natus post, scilicet «ex filio natus . . . Et est utriusque sexus. Nam ut neptis dicatur in iure est propter discretionem successionis admissum. Unde pronepos filius nepotis quasi porro natus post . . . vel quasi
 5 prope nepotem». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (5, 26-8). Item «nepos dicitur luxuriosus» a nepa. Nepa autem, ut ait Huguitio (s. v. Nepa), «quidam serpens est qui natos suos consumit, excepto eo qui in dorso eius residens inheret; . . . post ipse qui servatus est consumit patrem. Et di-
 10 citur nepa quasi necans partus, id est necans filios, qui necant parentem . . . Et hinc tractum est quod homines qui bona parentum per luxuriam consumunt nepotes dicuntur, id est luxuriosi. Et est nepos communis generis pro luxurioso. Unde hec nepotatio, id est luxuria». Totum sumitur
 15 de Papia. Versus de Grecismo (ix, 26-7),

Est nati stirps mascula nepos et luxuriosus;
 Hic est a nepa, de natus post venit ille.

Priscianus (vi, 68) non affirmat quod nepos sit communis generis sed dicit «quod quidam commune putaverunt quamvis

NEOPHITUS 1 rudis et fidelis B 2-3 phiros C, phitos quod est fides vel componitur a neos quod est novum et phitos quod est quero B 4 *Post* Huguitio *add.* B: verius autem credo neophitum dici noviter plantatum a neos quod novum et phitos quod est plantatio nam phitos idem est quod planto 6 et in B

NEPOS 1 dictus BC 8 eius] suo C 9 post] postea B; conservatus D 11 parentes B 12 per luxuriam *om.* B 13-14 luxuriosus B 14 luxuria] luxuriosa A 16 nepos *iteravit* C 17 *Post* ille *add. in textu* AB, *in marg.* D: mascula id est masculina quia tantum est masculini generis secundum Priscianum 18 Priscianus autem B

20 femininum sit neptis». Immo videtur dicere quod tantum sit masculini generis. Dicitur enim in tractatu de generibus nominis (v, 32), «in os terminantia feminina tria inveniuntur: cos cotis, dos dotis, glos gloris».

Discite quid sit glos: lignum vel femina vel flos.
25 Flos est glos, glotis; glos, gloris femina fratris;
Glos, glossis lignum vetus est de nocte serenum.

«Communia quinque: custos, sacerdos, bos, compos, impos. Neutra duo: os oris, et os ossis. Alia vero omnia masculina sunt: mos, ros, flos, lepos, nepos». Et ita sentio, quic-
30 quid alii dixerunt. Unde scribitur in Grecismo (ix, 26),

Est nati stirps mascula nepos,

id est masculina. Item in Doctrinali (651) enumerantur communia in os in uno versu,

Dant duo bos, impos, compos cuxtosque, sacerdos.

NEQUAM, id est malus, omnis generis est, indeclinabile et differt a malo, ut quidam dicunt, quia malus est naturaliter, nequam vero qui nequit se continere a sordibus. Unde et nequam dicitur luxuriosus quia incontinenens est. Unde hec
5 nequitia, id est malitia et luxuria. Ovidius (F. I, 414),

Nequitia est que te non sinit esse senem.

Et dicitur nequam a nequeo, nequis quia nequit se continere a malo. Unde quidam vituperabat socium suum dicens,

O nequam, nequam, verum nequissime, sic es
10 Nequam quod numquam nequior esse queas.

20 nepotis C 21 dicit C 23 gloris versus A 24-26 discite... serenum *in marg.* CD 24 ligum C 26 *Post serenum add.* B: alii versus de eodem tis ti dat florem sis lignum ris mulierem item dicit ibidem priscianus quod in os terminata 27 quinque inveniuntur que sunt custos B 28 duo] dicimus A, *om.* D 29 ut mos A; lepos et nepos A 30-32 unde... masculina *om.* B 30 scribitur *om.* C 32 item] unde B

NEQUAM 5 luxuriosa A; unde ovidius A 7 nequam] nequitia A 10 queas] potes B

NEQUIS, id est ne aliquis, componitur a ne et quis. Unde dicit Priscianus (v, 59) in tractatu de figura nominis, «Siquis, nequis composita esse ostenduntur a femininis in a desinentibus: siqua, nequa quomodo aliqua». Nam, nisi essent
 5 composita, feminina in ae diptongon fecissent sique neque, ut quis femininum que facit. Item ibidem in fine (67), «siquis, numquis, nequis ostenduntur sine dubio composita esse tam a feminino singulari quam a neutro plurali in a desinentibus» etc. Caveatur ergo scriptorum vitium qui pre-
 10 dicta nomina corrupte scribunt et quodlibet ipsorum in duas dividunt dictiones. Versus,

Scindens a ne quis normis non uteris equis;
 Compositum nequis esse negare nequis.
 Compositum siquis linguis laniatur iniquis
 15 Ut semper siquis acuant quasi sint duo si quis.
 Componit siquis Ars; si vis dividere siquis,
 Ut non contendas pro veris accipe mendas,
 Ut vis distendas, tamen Artem non reprehendas.

NEO, nes, nevi, nere, netum, netu idem est quod filare. Unde netus, a, um, id est filatus.

NERVUS, nervi vinculum est membrorum. Unde ait Ysidorus Ethimologiarum xi (1,83), «Nervi greca appellatione appellati quos illi neura vocant. Alii latine vocari nervos putant eo quod artuum coniunctiones invicem hiis inhe-
 5 reant». Unde dicuntur ab inherendo. Et sequitur ibidem, «Maximam autem virium substantiam nervos facere certissimum est, nam quanto fuerint densiores tanto propensius dicuntur augescere firmitatem». Unde nervosus,

In marg. fol. 112 add. D: a nequam nequitas et nequitia ris deponens nequam esse vel nequitia agens

NEQUIS 4 siquam nequam C; quomodo om. A 5 diptongum D 7 numquis] nonquis B 9 ergo] etiam C 10 quelibet C 12 Super scindens scr. id est dividens D; a ne quis iteravit D 15 accuant AD; quasi sint] querunt A 16 divide C 17 accipere A

NEO 1 idem om. C 2 filatus ta tum B

NERVUS 3 appellati] appellare B 4 invicem in BD 8 dicunt A; augere C; infirmitatem C

sa, sum, id est fortis, rigidus, robustus, nervis plenus et
 10 nerviceus, cea, ceum de nervo existens. Item hic nervus
 dicitur quoddam genus tormenti, scilicet tipus. Unde Iob xiii
 (27), «Posuisti in nervo pedem meum» ubi quidam ponunt
 ervo, sed male. Est autem ervum quedam herba longa et
 tenax, et dicunt quidam quod est genus leguminis, scilicet
 15 vicia, quod et erbum dicitur. Unde Ysidorus Ethimologia-
 rum xvii (4,11), «Erbum a greco trahit vocabulum, hoc enim
 illi orobum dicunt quod, cum sit quibusdam pecoribus in-
 festum, tauros tamen pingues facit». Versus,

Nervo torqueris in tipo quando teneris
 20 Membraque firmantur nervis quibus ossa ligantur.

NICHILUM, nichili neutri generis invenitur et per apocopam
 dicitur hoc nichil indeclinabile, a quo per sincopam hoc nil
 indeclinabile. Dicitur autem nichilum quasi non hilum, id
 est non aliquid. Nam hic hilus vel hoc hilum dicitur illud
 5 tenue quod est in penna, quod nullius valoris est. Item in-
 venit hic et hec et hoc nichili indeclinabile, vel potius
 secundum Huguitionem (*s. v.* Hyrna) sit genitivus et con-
 struatur «figurate cum quolibet casu et genere et cum utro-
 que numero intransitive, ut nichili homo, nichili hominis,
 10 nichili homini, id est nullius utilitatis, nullius pretii, nullius
 valoris». Ista tamen verba Huguitionis multam possent ha-
 bere calumpniam. Credo autem quod absque figura, quando
 quis parvipenditur, potest dici nichili homo, sicut econverso
 dicitur homo magni valoris vel equus centum solidorum. Et

10 nervicus ca cum C 12 in ervo C 13 lingua D 17 orabum C;
 cum *om.* D 18 facit] reddit B 19 in] sive A 20 firmantur] su-
 muntur A

In marg. fol. 112 add. D: hoc neuma tis vel neuma me vocum emissio
 vel modulatio

In marg. fol. 112 add. D: nevus macula quam habet ruffus in fronte vel
 facie versus ruffi ruffa fides

NICHILUM 2-3 a quo . . . indeclinabile *om.* C 5 nullius] ullius D 7-8
 construitur A 8 figurative C 9 nichili homini *om.* B 10 id est
om. A 10-11 utilitatis pretii vel valoris B 10 pretii et nullius A
 11 multam *om.* D 11-12 habent vel habere possent B 12 autem]
 tamen C 13 quis] aliquis C 14-15 et exponitur . . . pretii *om.* B

15 exponitur nichili homo, id est parvi vel nullius pretii. Potius tamen credo quod sit adiectivum indeclinabile omnis generis, ut supra dictum est, et tunc dicitur nichili, id est inane vel vacuum vel prorsus inutile.

NICTICORAX, acis dicitur a nictos, quod est nox, et corax, quod est corvus, quasi corvus noctis quia de nocte volat vel quia de nocte vigilat. De qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,41), «Nicticorax ipsa est noctua quia noctem
5 amat. Est enim lucifuga et solem videre non patitur». Cuius autem generis sit patet per Priscianum (v,35) qui ait, «In ax desinentia si sint adiectiva communia sunt trium generum, ut capax; alia vero, etiamsi interposita sit alia consonans, feminina sunt, ut fornax, lanx, arx, falx. Propria
10 vero greca et barbara masculina sunt, ut Ajax, Farnax, Atax».

NIGER dicitur quasi nubiger sive nubem gerens quia non est serenus sed quadam obscuritate opertus. Et comparatur niger, nigrior, nigerrimus.

NIMBUS «est densitas nubis intempesta et obscura. Unde et a nube dicitur. Sunt autem nimbi repentine et precipites pluvie. Nam pluvias vocamus lentas et iuges quasi fluvias quasi fluentes. Imbres autem et ad pluvias et ad nubes
5 pertinent, dicti greco vocabulo quod terram inebriant ad germinandum». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (10,3).

NISANBAATH Hebreorum lingua «Aprilis mensis». Ita dicit Papias. Vide supra ubi exponitur Adar.

15 exponitur] componitur C 16 sit *om.* C; et omnis B
NICTICORAX 1 et dicitur BD; nicos AB 5 patitur] sustinet B 6 autem *om.* C; Priscianus per B 7 aiectica D 8 etiamsi] etsi C
10-11 naux fornax arx A, arax fornax ai ax B, alax farnix atax C
NIGER 3 nigrissimus C
NIMBUS 1 est *om.* C 2 a *om.* D 3 fluvias] fluidas B 4 fluentas B
NISANBAATH 1 nisan braath A *post corr.*, nisam baath B, nisan C

NITOR, «niteris, nisus sum vel nixus sum», niti, id est «laborare, gradi, conari et parere. Nam in partu est maximus labor et conatus et proprie pro parere facit nixus», sicut dicit Hugutio.

NITRUM, nitri, sicut ait Hugutio (s. v. Niteo), «species est terre similis minuto sabulo cui si aqua infunditur fumigat», et valet ad lotionem vestium et corporum. Et dicitur a niteo, nites «quia res nitidas facit». Ysidorus autem dicit in xvi
5 (2,7) Ethimologiarum, «Nitrum a loco sumpsit vocabulum, nascitur enim in oppido vel regione Egipti Nitria, ex quo et medicine fiunt et sordes vestium corporumque lavantur. Huius natura non multum a sale distat, habet enim virtutem salis et similiter oritur canescentibus siccitate litonibus».

NOBILIS dicitur quasi non vilis, cuius nomen scitur et genus, et est ethimologia. Vel per sincopam dicitur nobilis quasi notabilis quia facile notatur. Vel dicitur melius quasi nominabilis quia nomen eius multum dilatatur et per nomen ab
5 exteris cognoscitur. Et componitur ignobilis quasi non nobilis, qui fere non cognoscitur cuiusque nomen et genus ignorantur.

NOCTU, id est de nocte vel in nocte, adverbium est temporis. Unde dicit Priscianus (xv, 16) loquens de adverbiiis «in u pauca inveniuntur denominativa ut diu et ex eo composita interdiu, et a nocte noctu, nam astu indeclinabile est
5 quomodo cornu». Interdiu, id est interim dum dies est, unde interdius, interdia, interdium, id est iugis et continuus.

NITOR 2 gradi et AC; coronari C; patere C

NITRUM 4 quia] quod C; autem dicit *om.* AD 7 laventur B 8 huius autem B; a *om.* B; enim] autem B

NOBILIS 1 non scitur nomen A 2 quasi] quia C 5 quasi] quia C 5-6 non nobilis qui C 6 cuius scilicet nomen B

NOCTU 3 u] quinto B; u desinentibus pauca C 4 est *om.* AD 5-11 interdiu . . . malo *in marg.* D, *in textu* B sed ordine confusa 5 interdium] interdum D

Astu indeclinabile neutri generis idem est quod astus, scilicet calliditas vel dolositas. Unde astutus, ta, tum, id est callidus, quod in bona et in mala significatione invenitur.
 10 Unde hec astutia, ingeniositas, dolositas, cautela, industria, calliditas, et proprie in malo.

NOCTUA «dicitur pro eo quod de nocte circumvolat et per diem non potest videre, nam exorto splendore solis visus illius hebetatur. Hanc autem insula Cretensis non habet, et si veniat aliunde statim moritur. Noctua autem non est bubo,
 5 nam bubo maior est». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,40). Item hec nictimene, nes idem est quod noctua», et dicitur a nictos, quod est nox. Ita dicit Hugutio (*s. v.* Nictos). Unde parum valent isti versus Grecismi (xii, 90-2) scilicet,

10 Noctua, nicticorax et bubo nictimeneque
 Nomina sunt avium noctis vespertilioque,
 De quibus in libris nulla est distinctio certa,

quod falsum est. Vespertilio exponetur inferius in suo loco.

NOMEN «a noma greco dicitur», sicut ait Priscianus (ii, 22), «vel, ut alii dicunt, nomen dicitur quasi notamen eo quod nomine notamus uniuscuiusque substantie qualitatem». Et assignat Papias differentiam inter nomen, prenomen, cognomen et agnomen dicens, «nomen est vocabulum proprie appellationis; prenomen est quod nominibus ob dignitatem generis preponitur, ut Publius Virgilius, non enim possumus dicere Virgilius Publius. Cognomen est quod ex familia venit» et nomini coniungitur, «ut Scipio Cornelius a Cornelia familia ortus». Agnomen vero dicitur quasi accedens
 10 nomen «quod ex virtute vel vi trahitur, ut Scipio Africanus

7 et est neutri generis et B 7-8 scilicet *om.* AD 8 vel] et BC; unde] inde B 9 bona] dona D 10 unde] et B; id est ingeniositas B 11 et ... malo *om.* B

NOCTUA 6 huius nes A 9 scilicet *om.* C 10 nictiorax C, nicticorax D; nictimene C 12 nulla *om.* A

NOMEN 1 ait] autem AB 3 substantie] sue C 8 est *om.* C 9 cipio C 11 contrahitur B

pro eo quod Africam vicit». Et a nomine dicitur nominatim, id est singillatim, privatim.

NORMA grece regula latine. Et componitur innormis et enormis et denormis, omnia adiectiva in eodem sensu, scilicet irregularis, deformis.

NOTO, tas frequentativum est huius verbi nosco, cis. Est autem notare idem quod frequenter noscere, designare, demonstrare, significare, reprehendere. Unde versus,

5 Signat monstrare vel noscere sepe notare
Ac designare, reprehendere, significare.

NOTHUS, qui et auster dicitur, ventus est corrumpens aerem. Vide supra ubi exponitur aquilo. Unde nothus dicitur de corrupto coitu genitus, sicut de adultero et adultera. Unde quidam improperebat socio suo dicens,

5 Es notus puer esse nothus, de crimine totus.

Et ipse respondebat,

Sum notus, lavacro lotus, sine crimine totus.

Unde dicitur nothus quasi de nota, id est de infamia vel peccato natus. Nota enim dicitur «peccatum, dedecus, macula»,
10 turpitude, sordes, culpa, crimen, vitium, erratum, facinus, reprehensio. Ita dicitur in Papia. Item secundum ipsum dicuntur note argumenta, signa, rationes, indicia, testimonia, coniecture, suspiciones. Item nothus dicitur «qui de patre nobili et matre ignobili gignitur», cui contrarius est spurius
15 qui de patre ignobili et matre nobili est generatus. Et inde dicitur nothus, notha, nothum. Unde nomina in parte a Grecis detorta dicuntur notha quia nobilem habent patrem,

13 sigillatim BD; privatim *om.* D

NORMA 1-2 et enormis *om.* B

NOTO 2 idem est quod C 3 significare] signare B 5 *Post significare add. in textu A, in marg.* D: notare omnia ista significat

NOTHUS 1-2 corrumpens aerem] vel aer C 5 es] est C 9 enim *om.* C 11 ita dicitur] item vide AD, vide B 17 distorta C

id est principium, scilicet grecismum, et ignobilem matrem, id est finem, scilicet latinitatem.

NOVACULA dicitur ferrum illud latum et acutum cum quo raditur pergamenum, ab innovando dicta quia quasi innovat pelles removendo earum deformitates. Et ponitur quandoque pro rasorio quo barbe raduntur et quasi innovantur.

NOVALE «est ager tunc primum procisus». Ita dicit glosa Osee x (12). Et nota quod hoc novale et hec novalis dicuntur in eadem significatione secundum Papiam. Unde dicit Papias, novalis feminini generis agri alternis vicibus vacantes. Idem, novalia sunt agri qui alternis annis vacant,
 5 novandarum virium gratia. Idem, novalis dicimus silvas vel campos nuper satos. Ysidorus autem in xv (13,12) Ethimologiarum sic ait, «Novalis ager est primum procisus sive qui alternis annis vacat novandarum sibi virium causa. Novalia
 10 enim semel erunt cum fructu et semel vacua». Virgilius in primo Georgicorum (71) ponit in feminino genere dicens,

Alternis Ide tonsas cessare novalis.

NOVERCA est patris uxor secunda, sic dicta eo quod ab eo nova superducatur. Quod autem dicitur noverca quasi novos arcens ethimologia est. Sepe enim noverce filios prioris uxoris novos et tenellos faciunt arceri a domo paterna.

NOVI, novisti, novit verbum est defectivum et habet significationem presentis et preteriti sub una voce. Unde versus (*Doctr.* 983-4),

18 scilicet] secundum D; grecum A 19 scilicet *om.* D; latinum C
 NOVACULA 2 et ab B

NOVALE 1 tunc] tempus A, *om.* C; precisus B, proscisus C 4 agri *om.* C 4-5 vacantes... annis *om.* B 5 novalis C; annis] vicibus BD; vacent AB 6 idem etiam B 7 autem *om.* C; xvi B 8 precisus B, proscisus C; qui] quia O 9 novandarum C 11 dicens *om.* B 12 Ide] de B, id est silve C; tonsas id est cultis cesare C; *Post* novalis *add. in textu* AC, *in marg.* D: ida (idea A) quedam silva est (est *om.* D) et subiungit C: theodolus ydeos lepores puer exagitat ganimedes

NOVERCA 1 est *iteravit* C 3 prioris *om.* D 4 arceri et eici B
 NOVI 1 est *om.* C

- 5 Bis duo sunt: odi, cepi, novi meminique
Que retinent sensum presentis preteritique.

NOVUS, va, vum, id est recens, non vetustus, a neos, quod est novum, dicitur et comparatur novus, novior, novissimus. Unde Priscianus (III, 24), «Novissimus videtur secundum analogiam», id est rectam formationem, «a novo factum».

- 5 Nota tamen quod novissimus dicitur ultimus et raro habet significationem quam deberet habere superlativum huius nominis novus.

NOX «a nocendo dicitur eo quod oculis noceat. Que idcirco lune ac siderum lucem habet ne indecora esset et ut conso- larentur omnes nocte operantes et ut quibusdam animan- tibus que lucem solis ferre non possunt ad sufficientiam
5 temperaretur. Noctis autem et diei alternatio propter vicis- situdinem vigilandi dormiendique effecta est et ut operis diurni laborem noctis requies temperaret» etc. «Noctis au- tem partes sunt: vesperum, crepusculum, conticinium, in- tempestum, gallicinium, matutinum, diluculum». Ita dicit
10 Ysidorus Ethimologiarum v (31,1-4). Vide supra ubi expo- nitur crepusculum. Ibi invenies expositiones istorum.

NOXA, noxe a nocendo dicitur, scilicet «culpa vel delictum. Unde noxius, noxia, noxium . . . et hic et hec noxialis et hoc le», idem scilicet nocivus, culpabilis. «Noxius componitur innoxius, id est innocivus et proprie cui quisquam non po-
5 tuit nocere nec ipse alii, et obnoxius, a, um, id est subditus. Vel obnoxius componitur ab ob et noxa et proprie obno- xius dicitur qui propter culpam vel offensam aliquam alicui est suppositus, deditus, obligatus, sed ponitur pro supposito, subdito et subiecto quocumque modo». Ita dicit Hugutio
10 (s. v. Noceo).

5 que] ore C

NOVUS 4 factam O 6 suppellativum A, superlatum B, super latinum D
NOX 2 ac] aut B; omnino esset B 6 et om. D 7 noctis *primum*
nutis B, mitis C, initum D 10 v] ii B
NOXA 1 scilicet] sicut A 2 noxalis A 5 id est om. D

NUBES, nubis a nubendo, id est tegendo, dicitur. Nam nubō, nubis, psi, bere duas habet significationes. Significat enim matrimonium contrahere et pertinet ad feminas. Item nubere idem est quod tegere. Unde Ysidorus in xiii (7,2),
 5 «Nubes dicte ab obnubendo, id est cooperiendo, celum. Unde et nupte quod vultus suos velent, et Neptunus quod nubat, id est mare et terram tegat. Nubes autem aeris densitas facit. Venti enim aerem conglobant nubemque faciunt». Papias autem dicit sic, «Nubes densitas aeris facit». Nam
 10 proximum aerem terris conglobari sepe cernimus cum per declivia iugorum ita recumbunt ut plerumque † excedantur etiam cacuminibus montium. Ex aere ergo, qui est vapor humidus de exhalatione terre et maris, superius nubila conglobantur. Cogitur aer iste visibilis ut conglobetur, con-
 15 globatus vero in nubes vertitur et ventus transiens fugabit eas. Vide differentias supra notatas ubi exponitur nebula.

NUDIUSTERTIUS adverbium temporis est, ut dicit Priscianus (xviii, 298), et est dictio composita a «nunc et dies et tertius quasi nunc est dies tertius. Et similiter componitur nudiusquartus . . . et generaliter», sicut dicit Hugutio (s. v. Dyam),
 5 «cum quolibet nomine numerali et ordinali invenitur talis compositio, ut nudiuscentus, nudiusmillesimus. Et sunt omnia adverbia temporis». Actuum tamen x (30) nudiusquartus ponitur adiective ubi dicitur, «A nudiusquarta die usque ad hanc horam orans eram» etc. Et est sensus a nudiusquarta
 10 die, id est a die que nunc est quarta usque ad hanc horam, id est circa horam hanc etc.

NUGAS indeclinabile hebraicum est et est idem quod nugax, et est omnis generis ut dicit Priscianus (v, 23). Et in-

NUBES 5 dicte *om.* D 6 quod *primum*] quia B 8 enim] autem C; nubesque C 10 aerem *om.* BCD 11 iugerum BD 12 etiam] in A; cacumenibus A, cacum nubus D 13 exaltatione B 14 cogitur] tegitur D; ut] et D

NUDIUSTERTIUS 3 et *om.* A 5 et *om.* B; talis *om.* AD 8 adiective unde dicitur ibi C 9 eram] autem B 11 concirca B; circa ad hanc horam C

venitur tam in singulari quam in plurali. Unde Sophonie
 iii (18) «nugas», id est vanos, dicit glosa, «hebreum est, ut
 5 nosse possimus linguam hebraicam omnium linguarum esse
 matrem». Nugas, dicit Papias, «qui ad nullam utilitatem
 pertinet». Item nuga, nuge dicitur trupha, unde nugor, nu-
 garis, nugas facere vel dicere vel inutiliter idem dicere. Nuga
 componitur nugiger, gera, gerum et nugigerulus, la, lum,
 10 id est nugas gerens, nugarum portitor vel turpis nuntius.
 Item a nuga hic et hec et hoc nugax, acis, id est fatuus et
 vanus, qui assidue nugis intendit. Unde nugaticter adver-
 bium et hec nugacitas, tatis; nugaculus, la, lum, id est ali-
 quantulum nugax.

NUMMUS a nomine dicitur quasi nomen quia nummi no-
 minantur et quia nominibus principum superscribuntur. Vel
 dicitur nummus a numerando quia numeratur. Hoc tamen
 est contra Ysidorum qui dicit in iii (3,1) Ethimologiarum,
 5 «Numero nummus nomen dedit et a sui frequentatione vo-
 cabulum indidit», id est imposuit. In xvi (18,10) autem ubi
 agit de auro dicit quod «nummi a Numa, Romanorum rege,
 vocati sunt, qui primus apud Latinos imaginibus notavit
 et titulum nominis prescripsit». Et forte istud movit Ora-

NUGAS 3 unde] ut C 5 possimus aliquantulum linguam B 6 nugas est
 ut dicit C; qui] quia B 7 nuge nomen inde sumitur quod idem
 est quod trufa B 8 idem facere vel dicere B 10 petitor C 11 et
 hoc om. C 12 unde et D 13 et nugagulus B

In marg. fol. 114^v add. D: nugigerulus inutilis portitor nam nugas
 hebraice inutilis gerulus vero portitor a gero ris nugas est omnis
 generis et indeclinabile vel dicitur nugigerulus nuge vel nugarum
 gerulus id est truffe vel truffarum gerulus et componitur a nuga ge
 et gerulus

In marg. fol. 115 add. D: hoc numen nis id est dei nutus vel ipse deus
 vel dei potestas vel maiestas et dicitur a nuo is nui nutum quod est
 annuere consentire promittere vel nutum facere de eodem scilicet
 nuo nutus tus tui id est voluntas consensus gestus signum nuto
 tas id est dubitare vacillare tremere vel incipere cadere nutabundus
 id est dubius et incertus nutatim id est nutim quod derivatur a
 nutu id est significanter de nutu in nutum quando quis semper
 loquitur per nutum

NUMMUS 6 id est imposuit om. BD 7 Mima C; rege] imperatore B
 8 qui eos primus C; vocavit AD

10 tium ut diceret numisma prima correpta. Unde in libro
Epistularum in penultima Epistula (II, 1,232-4) dicit sic,

Gratus Alexandro regi magno fuit ille
Cherulus, incultis qui versibus et male natis
Retulit acceptos, regale numisma, Philippos.

15 Unde et multi dicunt quod nummus deberet scribi per unum
m et corripere primam sillabam. Contrarium tamen tenet
usus et auctoritas contradicit Iuvenalis (14, 139),

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Item Oratius in eadem Epistula (II, 1,105),

20 Cautos nominibus certis expendere nummos.

Idem in vi Epistula (1, 6, 38),

Et bene nummatum decorat Suadela Venusque
et cetera. Nummus prius argirus dicebatur quia multum
de argento percutiebatur. Nam argiros grece dicitur ar-
25 gentum. Et dicit Ysidorus in xvi (18,12) Ethimologiarum
quod «tria requiruntur in nummo scilicet metallum, figura
et pondus, quorum unum si defuerit nummus non erit».

NUMMISMA «proprie est inscriptio in nummo, que et moneta
dicitur, per quam nummi discernuntur, et ponitur pro ipso
nummo. Unde dicitur Matthei xxii, 'Ostendite mihi num-
mismas census,' id est nummum qui pro censu capitis datur».
5 Ita exponitur in Historiis (1605). Ysidorus autem in xvi
(18,9) Ethimologiarum ubi agit de auro dicit quod «num-
mismas est solidus aureus vel argenteus sive ereus qui ideo
nummismas dicitur quia nominibus principum effigieque sig-
natur». Vide supra proximo ubi dicitur quod nummus a
10 nomine nuncupatur.

11 in *om.* B 14 Philippo B 15 et *om.* B 18 quantum tamen ipsa
D 19 eadem Epistula] eodem e B 24-25 argentum latine B 27
unus A; si] scilicet C

NUMMISMA 1 proprie *om.* C 3 unde et B 5 in *primum om.* B 7 sive
ereus *om.* D 8 principium B; effigieque A, effigies C

NUMMULARIUS dicitur mensarius, campsor, negotiator. Unde dicit Magister in Historiis (1601) tangens illud quod dicitur Matthaei xxi b (12) et Marci xi d (15) et Iohannis ii d (15), «Sacerdotes avaritiae suae consulentes in porticibus templi hostias vendebant cuiusque generis ne venientes de longinquo nichil offerent si hostias presto non haberent. Et ne pauperes qui nichil secum attulerant excusationem pretenderent pecuniae non habite posuerant ibidem nummularios qui mutuam sub cautione darent pecuniam. Sed quia lex non patiebatur
 10 ut a fratribus suis usuras acciperent excogitaverunt ut collibistas facerent. Collibiste sunt qui collibia accipiunt. Collibia dicebantur apud eos vilia munuscula, ut ciceris, uve passe et pomorum diversi generis, quasi quod in nummo non licebat accipere in talibus liceret. Quod et prohibuit Ezechiel
 15 dicens, 'Usuram et omnem superabundantiam non accipietis'. Sic et hodie quidam sub nomine caritatis usuram palliant'. Collibium dicitur munusculum a collibeo, bes quia cum aliis libet, id est placet.

NUPTE «dicuntur eo quod vultus suos velent. Et est translatum nomen a nubibus quibus tegitur celum». Unde nupta dicitur quasi nube tecta. «Unde et nuptiae dicuntur quod ibi primum nubentium capita velentur. Obnubere enim
 5 cooperire est. Cui contraria est innuba, id est innupta, quae adhuc caput suum non velat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (7,10).

NUMMULARIUS I cansor B, cambsor C 3 Post ii d verba ostendite . . . nuncupatur e praecedente articulo iterat B 5 cuiuscumque BC; ne om. D 6 si] sed C 9 sed] et C 10-11 collibi istas A 11 facerent om. C; collibi iste A 13 in om. A 14 in] etiam D; non liceret A 15 habundantiam C

In marg. fol. 114^v add. D: nuncupo pas derivatur ab hoc nomine nomen quod autem dicitur nuncupo quasi nomine capio ethimologia est

In marg. fol. 115 add. D: nuo componitur annuo is quod est assentire nutum alicui facere vel assignare item componitur abnuo uis quod est refutare recusare item innuo is quod est nutum facere vel signum omnia hec faciunt preteritum in nui et supinum in nutum

NUPTE 3 quod] quia BC 4 ibi] in AD; primis A; velabantur A; enim om. D

NURUS est uxor filii, sic dicta a novus, va, vum «quia novella et iuvenula est. Unde et pro iuvenula sepe ponitur», ut ait Hugutio (*s. v.* Neo), «et componitur hec pronurus, scilicet uxor filii filii, id est nepotis». Et dicitur pronurus quasi
 5 prope nurum. Versus,

Natus ait matri vobis nurus est mea coniunx.
 Cuius habes natam socrum dic esse vocandam.
 Cuius sponsus erit frater tuus, hec tua glos est,
 Hic tuus est levir tua cui dicit soror 'o vir'.
 10 Dic socerum natam duxisti cuius habendam.
 Quem vero genuit patruus tuus est patruelus.
 Femina quam patris genuit tibi fratri sit elis,

id est fratrueles; themesis est figura.

NUTO, nutas dicitur frequenter nuere, sicut facit quis cum nuit digitis vel oculis nutus facit et quasi per nutus loquitur. Item nutare dicitur hesitare sive titubare.

NUTRICUS est qui nutrit et qui nutritur.

NUX significat arborem et fructum eius. Unde versus (*Grec.* x, 51-2),

Ficus, castanea, nux hec tria nomina tantum
 Lignum cum fructu sub eodem nomine signant.

5 Et dicitur nux a nocendo. Unde Ysidorus *Ethimologiarum* xvii (7,21-2), «Nux appellata quod umbra vel stillicidium foliorum eius proximis arboribus noceat. Hanc alio nomine Latini iuglandem vocant quasi Iovis glandem, fuit enim hec arbor consecrata Iovi. Cuius pomum tantam vim habet ut
 10 missum inter suspectos herbarum vel fungorum cibos quic-

NURUS 1 sic *om.* C 3-4 scilicet *om.* D 7 habens C 11 vere C 12 fratu C 13 id est . . . figura] *dyeresys* est ibi id est fratrueles vel potest ibi esse *temesis* figura B; *post* figura *add.* C: id est *divisio dictionis*

NUTO 3 nutare] immitare D

In marg. fol. 115 *add.* D: nutus dicitur voluntas potestas preceptum maiestas

NUX 6 appellata eo quod nocet vel eo quod B; quod] quia D 9 arbor antiquitus consecrata B

quid in eis virulentum est exsudet, rapiat atque extinguat.
 Nuces autem generaliter dicuntur omnia poma tecta duriore
 cortice, ut pinee nuces, avellane, glandes, castanee, amigdale.
 Hinc et nuclei dicti quod sint duro cortice tecti. At contra
 15 poma omnia mollia mala dicta sunt, sed cum adiectione ter-
 rarum in quibus antea nata sunt, ut persica, punica, matiana,
 cidonia et cetera».

O

O nomen est littere. Item dicit Priscianus ubi agit de inte-
 riectioe o (xv, 41), «quando indignationem significat vel
 admirationem vel dolorem interiectio est, quando vero vo-
 candi est vel optandi adverbium». Plures tamen habet signi-
 5 ficationes que notantur in istis versibus Grecismi (xx, 152-3),

O stupet, o dubitat, vocat, indignatur et optat,
 Clamat, vel queritur, velut exemplis reperitur.

Et exemplificat per ordinem, et primo de stupore vel admi-
 ratione dicit (xx, 154),

10 O quibus, o quantis, o qualibus es viduata!

Et possumus addere exemplum Iuvenalis in iiii (10,157)
 scilicet,

O qualis facies et quali digna tabella.

Secundo exemplificat de dubitatione dicens (xx, 155),

15 O quam te memorem, virgo? namque hanc tibi vultus
 Mortalis.

Et est exemplum Virgilii in primo Eneidos (327-8). Tertio
 exemplificat de vocatione dicens (xx, 156 +),

11 *Post virulentum est add.* B: hoc est virus id est veneni facientis
 letum id est mortem; rapiatque atque C

O 3 est *om.* AD 4 adverbium est C 5 notatur B 9 dicens B 10 qua-
 libus] qualibet BCD 15 hanc] autem BC 16 *Post* mortalis *in*
textu add. A, *in marg.* CD: memorem id est memorare debeam
 17 eneidum C

20 O regina, novam cui condere Iupiter urbem
Iustitiaque dedit gentes frenare superbas.

Et sumitur istud exemplum de primo Eneidos (522-3).
Quarto ponit exemplum de indignatione cum subdit (xx,
158),

Perdidit o qualem vincendo plura triumphum!

25 Et sumitur de iii Lucani (79). Quinto de optatione ponit
exemplum (xx, 157) de vii Eneidos (VIII, 78) ubi dicitur,

Adsis o tantum et propius tua numera firmes.

Sexto de clamore vel querella sive dolore cum dicit (xx,
159 +),

30 O male vicinis hec menia condita Gallis,
O tristi dampnata loco!

Lucani primo (248-9) invenies hoc exemplum.

OBAUDIRE obtemperare, parere vel obedire, ad faciendum
quod dicitur audire. Invenitur etiam in mala significatione
obaudire, id est male vel contra audire, auditum obstruere.
Et componitur ab ob et audio, dis et ex eisdem componitur
5 obedio, obedis quasi circum vel undique audire quia verus
obediens paratus est undique audire.

OBducERE contraducere, opponere, delere, obumbrare, ob-
texere, obvelare. Ita dicit Papias. Unde obductus, ta, tum,
id est secretum vel obvelatum vel oppositum. Unde et ci-
catrrix dicitur obducta quando ex oppositione labiorum vul-
5 neris sibi adherentium apparet caro integra. Similiter cica-
trix parietis obducta dicitur quando fissure vel rimule ob-
struuntur. Unde hec obductio, id est obducendi actio, con-
ductio, oppositio, deletio, obumbratio, obvelatio. Et hic

19 cui] tibi B; iubiter C 21 istud] illud B 22 ponitur AB 27
numina B

OBAUDIRE 1 obtemperare B; parere *om.* C; obfaciendum AB 2 autem
etiam D 5-6 quia . . . audire *om.* A

OBducERE 3 id est *om.* C; unde et] et inde B 4 quando obducta dici-
tur quando A 7 obductio] conductio A; hec obducendi actio B

obductus, tus, tui in eadem significatione. Obductio etiam
 10 dicitur mors quia in morte palpebre obducuntur, id est
 contra se ducuntur in clausione oculorum, et similiter labia
 in clausione oris vel quia oculi obducuntur, id est teguntur,
 cum clauduntur. Sepultura etiam potest dici obductio quia
 tunc obducitur, id est tegitur, mortuus et terra contra terram
 15 ducitur.

OBESUS, sa, sum dicitur undique esus vel corrosus. Sed in
 alia significatione sumitur Genesis xli c (18) ubi dicit glosa
 obesis, id est «rotundis et plenis pinguedine» quasi ob esum
 educatis. Papias dicit sic, obesus pinguis, corpulentus, cras-
 5 sus, refertus, saginatus. Et differt a crasso quia crassus pin-
 guis est, sed obesus plus est quam pinguis. Et componitur
 secundum Huguitionem (s. v. Edo) ab ob et esus, a, um, quod
 est participium descendens ab hoc verbo edo, es, quod supra
 exponitur. Verius tamen videtur ab obedendo descendere, et
 10 tunc est decomposite figure.

OBEO, obis dicitur (*Hug. s. v. Eo*) «contraire, circumdare, . . .
 perficere, . . . frequentare. Unde Tullius De amicitia (2,7),
 'qui solebas illum diem obire'. Item obire dicitur mori, sed
 differunt quia obire est in itinere, mori autem ubicumque.
 5 Item mori commune est bestiis et hominibus bonis et malis,
 sed obire tantum convenit hominibus et solum bonis. Est
 enim obire quasi obviam ire, boni ergo obeunt, id est obviam
 Christo in aera eunt in dissolutione anime et corporis. Unde in
 kalendario invenitur, obitus Beati Martini, non mors». Unde
 10 versus de Grecismo (IX, 37-40),

Fons obit est obitus pro morte bonique malique,
 Sed pro morte boni fit ab obvio de ratione,

9 subductio A 11 clausione scilicet oculorum B 12 vel] unde C
 14 terra] terram C
 OBESUS 6 et componitur] et secundum A 9 edendo C
 OBEO 2 unde et tullius D 3 solebat AB; diem ullum C 5 mori
 autem commune C 6 et solum bonis *om.* D 7 obiunt AB; id
 est] in A 8 eunt] emit A; dissolutione scilicet B 12 ab *om.* C

Nam tunc spiritui canit obvia contio celi,
Cum malus ullus obit hunc inimicus obit.

15 Alius versus,

Pravus cum moritur a demone tristis obitur,

id est circumdatur. Et nota secundum Huguitionem (*s. v.* Eo)
quod eo et omnia ab eo composita neutra sunt, exceptis hiis
decem: adeo, ambio, circueo, in eo, anteo, preeo, pretereo
20 et oboeo pro frequentare, perficere et circuire, subeo, transeo,
que omnia sunt activa. Unde versus,

Neutrum cuncta parit eo neutra, sed excipe: transit,
Circuit atque preit, init ac adit, anteit, ambit,
Preterit atque subit, obit, at genus id variabit,
25 Nam pro circumdat, pro perficit atque frequentat
Dicitur activum, sed pro decedere neutrum.

OBNITOR, teris, obnisus sum vel obnixus sum, obniti, id
est obsistere, repugnare, adversari, contradicere, rebellare,
obluctari, contraconari. Ita dicit Papias. Item obniti dicitur
circumquaque niti ad obsequium. Unde obnisus vel obnixus,
5 a, um, contraconatus vel subiectus et humilis. Unde obnix
adverbium.

OBNOXIUS exponitur supra ubi exponitur noxa.

OBOLUS dicitur dimidius scrupulus. Unde dicit Ysidorus
in xvi (25,11) *Ethimologiarum*, «Obolus siliquis tribus ap-
penditur, habens ceratim duos, calcos iiii. Fiebat enim olim

14 inimicus id est diabolus D; *post obit in textu add. A, in marg.*
CD: obit est fons id est principium a quo derivatur obitus 17
nota quod D 18-19 neutra . . . in eo *in marg.* C 23 ac] atque B
24 genus] ergo C 26 descendere C

In marg. fol. 115^v add. D: obiter adverbium temporis id est dum erat
in itinere et est compositum ab ob et iter.

In marg. fol. 116 add. D: obelari id est sagittare sagitta percutere vel tali
virgula denotare et designare resecationem superfluum

OBNITOR 2 obsisse B; vel repugnare AD 4 obsequi C; obnisus vel
om. CD

OBNOXIUS *In marg.* D

OBOLUS 2 *in om.* B 3 certatim AC, seratim B

ex ere ad instar sagitte. Unde et nomen a Grecis accepit»
 5 quia obolus grece sagitta dicitur. Item obolus dicitur medalia, scilicet medietas nummi. Scrupulus sex siliquarum pondere constat, dictus per diminutionem a lapide brevi qui scrupulus dicitur.

OBRIZUM «dicitur aurum eo quod obradiet splendore». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (18,2). Et declinatur obrizus, a, um et producit mediam sillabam.

OBSCURA dicebantur sacrificia que de nocte fiebant Proserpine vel alii in obscuro loco.

OBSERVARE accipitur in bona significatione et in mala. In bona dicitur observare, id est undique servare, adimplere, ut iste observat mandata dei. In mala dicitur observare, id est contra servare, insidiari, ut ibi (Ps. 36,12) «Observabit
 5 peccator iustum». Versus,

Complet et exsequitur observat et insidiatur.

Item Grecismus (xv, 79),

Hec duo significat observo: sequor caveoque.

OBSES, obsidis, sicut ait Hugutio, vas, vadis dicitur. Vas, vadis exponitur infra in loco suo. Proprie autem dicuntur obsides qui ab obsessis dantur vel qui dati cum honore solent custodiri. Et est obses communis generis et dicitur ab
 5 obsideo, des, quod est contrasedere, cingere, circumcirca sedere. Unde hec obsidio dicitur obsidendi actio.

OBSTETRIX media correpta dicitur mulier que astat parientibus et recipit puerum de utero procedentem. Et est nomen

5 obolus *primum*] obelus BC 6-8 scrupulus . . . dicitur *om.* C

OBRIZUM 1 obradiet et B

OBSCURA 1-2 Proserpine id est illi dee C, Proserpine id est lune *in marg.* D

OBSERVARE 6 exequitur AD

OBSES 1 vas vadis dicitur *om.* C 1-2 vas *alterum* . . . suo *om.* BD 2 infra *om.* C 4 obses] obseses D

compositum ab ob et stera, re. Est autem stera pellicula in qua puer in ventre moratur et involvitur. Unde Macer De 5 viribus herbarum (101-2) loquens de absinthio dicit,

Coniuncto sibi melle sterc si subditur herba
Desiccabit eam.

Item ubi agit de piona (1638-9) dicit sic,

hec bene purgat,

10 Post partum potata steras vino sociata.

Vel obstetrix dicitur quasi obstitrix ab obsto, obstas quia obstat parienti. Et inde obstetrico, cas huiusmodi officium exercere. Et inde verbalia. Unde Iob xxvi f (13) dicitur «obstetricans», id est leniter educens vel suaviter contrectans
15 ad modum obstetricis.

OBSTINATUS, ta, tum dicitur in malo induratus, obfirmatus, irrevocabilis, pervicax, pertinax. Et dicitur ab obstino, nas, quod est in malo indurare, in malo facere, perseverare. Et componitur obstinare ab ob et teneo, es, interposita s.

5 Invenitur autem obstinatus in bono, id est firmus et stabilis. Vide primo Ruth versus finem capituli (I, 18). Pervicax media correpta dicitur protervus, improbus, importunus, et proprie qui in proposito ad victoriam perseverat. Unde componitur a per et vica quam antiqui victoriam dicebant, vel

10 componitur a per et vice quia per vicem suam optinere vult vel quia pervertit vices rerum, quod bonum est iudicando malum, et econverso, vel a per et vitio quia in vitio persistit. Vel componitur a per et vice vel vitio et cadens, quasi cadens per vices vel per vitia sua.

OBTEMPERARE dicitur obedire, obsecundare, dicto parere.

OBSTETRIX 3 est autem stera] quod est B 6 si *om.* A 11 obstrix]
obstrix D 13 excercere C; f *om.* B 13-14 dicitur obstetricans]
obstetricante manu dicitur obstetricans C 14 obducens D
OBSTINATUS 2 obstino] ob ostino D 6-19 vide... sua *in marg.* D
6 primo] in B; capituli primi B 10 per *alterum om.* B 12 decon-
verso A; vel *om.* D 14 vices] vicam suam C
OBTEMPERARE obsecundare B; dicto] deo C

OBTURARE dicitur claudere, stipare. Et secundum Hugui-
 tionem (*s. v.* Tundo) dicitur ab obtundo, dis, obtudi, tun-
 dere, obtusum, quod est contra vel undique tundere, ob-
 turare, in angustia claudere, prohibere, obcecari, absurdare,
 5 opprimere, obstruere et inde dicitur obturo, as. Quod autem
 dicitur obturare quasi obterrare, id est terra implere, ethi-
 mologia est vel etiam compositio. Accipitur autem com-
 muniter pro obstruere vel claudere. Vide versus infra ubi
 exponitur oppilo, oppilas, ubi ponitur alia compositio huius
 10 verbi obturo.

OBUMBRARE, id est undique umbrare, compositum est ab
 ob et umbro, bras, quod est obscurare, cooperire, umbram
 facere. Gregorius autem exponens illud verbum Luce i c
 (35), «virtus altissimi obumbrabit tibi», dicit sic in *Moralium*
 5 xxxiii a (*PL* 76, 671), «Obumbratio in sacro eloquio ali-
 quando incarnatio ponitur vel mentis refrigerium a fervore
 carnalium cogitationum. Unde et appellatione umbre ex
 superna protectione hoc ipsum refrigerium cordis insinuari
 solet. Aliquando vero umbra, recedente caritate, torpor fri-
 10 gide mentis accipitur. Nam quod dominica incarnatio, ser-
 vata veritate historie, obumbrationis appellatione signetur,
 angeli sermo testatur qui ad Mariam dicit, 'Virtus altissimi
 obumbrabit tibi'. Quare enim umbra non aliter exprimitur
 nisi per lumen et corpus? Virtus enim altissimi obumbrabit
 15 quia in eius utero lux incorporea corpus sumpsit. Ex qua

OBVENTUS *exhibent tantum B et C*: obtentus tus tui sicut dicit (dicitur
 in C) glosa actuum xxvii f (a C) (27, 30) idem est quod occasio et
 dicitur ab obtendo dis obtendi obtendere tentum vel obtensum
 (obtentum su vel obtentum tu C) quod secundum papiam significat
 obducere opponere obicere obtexere obvelare obumbrare et secun-
 dum hoc obtentus dicitur pretextus vel obumbratio vel simulatio
 item invenitur obtentus ab optineo optines quod est impetrare
 acquirere vel contra tenere (optines . . . tenere *om.* C)

OBTURARE 2 obtudi] obtundi B 3 obtusum su A 4 obcecari] obse-
 rare C 5 quod] quia AD 6 quasi obterrare *om.* D 7 accipiter C
 9 las et ubi D; ponitur] exponitur D

OBUMBRARE 3 i c] capitulo primo C 4 alter obrum C 7 appellatio B
 12 angli B; altis C 13 quare] quia BC 14 enim] ei A

videlicet obumbratione omne in se refrigerium mentis accepit».

OCCASIO secundum Papiam dicitur «facultas, copia, opportunitas». Et dicitur ab occido, occidis, occidi, occidere, occasum, quod est undique cadere. Item ponitur occasio pro casu vel fortuna vel causa. Unde scribitur in Grecismo (x, 5 262-3),

Est occasio casus et est occasio causa,
A cado dic primum, sed format causa secundum.

OCCASUS dicitur occidens ab occidente ibi sole. Item occasus dicitur obitus, eversio, occasio, dies supremus.

OCULUS dicitur ab oculo, oculis, ocului, oculere, occultum, quod est abscondere. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,36), «Oculi vocati sunt sive quia eos ciliorum tegmina occultant, ne qua incidentis iniurie offensione le-
5 dantur sive quia occultum lumen habent, id est secretum vel intus repositum. Hii inter omnes sensus viciniore anime existunt. In oculis enim omne mentis indicium est, unde et animi perturbatio vel hilaritas in oculis apparet». Inde oculatus, ta, tum, id est oculis ornatus, prudens, acutus.

OCCUMBO, bis contra aliquid cumbere, sicut occubare dicitur contra aliquid cubare. Item occumbere dicitur mori. Unde hic occubitus, tus, tui. Vide versus differentiales supra ubi exponitur accumbere.

16 videlicet *om.* C

OCCASIO 1 copia *om.* D 2-3 occasum occasu B

OCCASUS 2 occasio] occisionis B; dicitur dies B

In marg. fol. 117 add. D: oculus li unde oculatus ta tum et oculosus sa sum in eodem sensu plenus oculis item nota quod oculatus invenitur in alio sensu scilicet manifestus apertus ut fides oculata id est manifesta et aperta scilicet que oculis habetur item ab oculo oculo las ut deus oculavit istum id est dedit oculos et componitur ex oculo las id est oculos extrahere

OCULUS 1-2 occultum tu B 3 sive *om.* B 4 iniurie *om.* B; offensione rei B 7 enim] cum C 8 statim in B

OCCUMBO 1 aliquid] aliquem C; cumbere D 3 unde] item C

OCCULTUS, ta, tum, id est secretus, absconditus. Et dicitur ab oculo, oculis, ocului, quod est abscondere. Et componitur ab ob et colo, colis, sed secundum Papiam dicitur a claudendo.

OCREA dicitur tibiale, calciamentum vel caliga ferrea. Et dicitur ocrea quasi ob crura quia propter crura tegenda fit, vel dicitur quasi occulens crus, id est tegens. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (34,5), «Ocree tibialia calcia-
5 menta sunt, dicta quod crura tegant».

ODIO, odis, odii vel odivi, odire verbum est activum. Unde odi, odisti, odit verbum defectivum tertie coniugationis in eodem sensu. Versus (*Doctr.* 983-4),

Bis duo sunt odi, cepi, novi, meminique
5 Que retinent sensum presentis preteritique.

Unde odium a quo odiosus, id est odio plenus, odio habitus, et, sicut dicit Hugutio (*s. v.* Odio), quandoque dicitur odio habens.

ODOR ab aere dicitur secundum Ysidorum in iiii (12,1) Ethimologiarum quia tactu aeris sentitur. Vel dicitur ab ozein grece, quod est olere vel odor. Unde nos dicimus odor, mutantes z in d. Unde odor, ra, rum odore plenus, scilicet
5 qui emittit ex se odorem sicut rosa et pomum. Unde hec Odora dicitur dea que odoribus preesse putabatur et pro odore dicitur. Et inde odoro, ras et odoror, aris in eodem sensu. Unde dicitur «Odoratus est dominus odorem suavitatis» (*Gn.* 8, 21). Et nota quod declinatur hic odor vel odos.
10 Versus,

Bis duo sunt or et os casu retinentia recto:
Arbor, odorque labor, hiis sociatur honor.

OCCULTUS 3 sed *om.* C

OCREA 3 dicit *om.* D

ODIO 4-5 cepi . . . preteritique *om.* C 6 odiosus sa sum C

ODOR 3 ozen B 4 z] e C, l D 5 mittit C; pomum lilium viola et huiusmodi B 11 casus satientia rectos B

OFFA est frustum panis humectati. Et componitur ab ob et fans quasi contra fantem, id est loquentem, quia os implet et impedit loquelam. Unde hec offula diminutivum et hec offella. Et est differentia inter offam et vipam. Vipam enim
 5 proprie fit in vino. Unde dicitur vipa quasi panis in vino. Offa fit in aliis liquoribus.

OFFICIUM quasi efficium ab efficiendo dicitur et mutatur ibi prima littera causa euphonie sicut dicit Ysidorus (VI, 19, 1). Vel dicitur per contrarium ab officio, cis, quod est nocere, quia minime nocet. Versus,

5 Lucus et officium, bellum libitinaque, Parce;
 Ista per antifrasm dicuntur nomina quinque.

Lucus, id est nemus, a luceo, ces quod minime lucet propter arborum densitatem; bellum a bellus, la, lum, quod est bonum, quasi minime bonum; libitina, id est feretrum, di-
 10 citur a libet, libuit, libebit quia nemini libet, id est placet; Parce, id est fata, a parco, parcis quia nemini parcunt. Vide supra ubi exponitur fatum. Officere secundum Papiam multa significat que habentur per hunc versum,

Officit, obturbat, ledit, nocet, impedit, obstat.

OFFIMACHUS est animal quoddam quod pugnat contra serpentes. Et dicitur ab offi, quod est serpens, et machos vel machia, quod est pugna. Et, sicut patet in Papia et in multis

OFFA 2 impletur A 5 unde . . . vino om. C

OFFICIUM 4 unde versus C 5-6 Cf. Walther², no. 14016 6 quinque] monsque B 6-11 per antifrasm id est per contrarium quia minime lucet propter arborum densitatem officium ab officiando id est nocendo bellum a bellus la lum quod est formosus sum cum in veritate non sit formosum libitina id est feretrum dicitur a libet libuit libebit quia nemini libet id est placet parce id est fata scilicet furie infernales a parco cis quia nemini parcunt B 7-12 lucus . . . fatum in marg. D 7 quod] quia D 9 quasi] quia D 10 libebit] libebat CD 11 parcit parcunt A 12 Post fatum add. B: mons a movendo cum tantum numine moveatur; officere autem B

aliis scriptis, offi scribitur per duplex ff. Hoc dico propter
 5 quosdam qui dicunt opimachum et male. Et sunt multa alia
 que pugnant contra serpentes sicut mustela et suillus et multa
 alia.

OLEA grece oleon dicitur et nota quod dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,62), «Olea ipsa arbor est, fructus oliva, succus oleum. Est autem arbor pacis insignis». Vel possumus communius dicere cum Huguitione (s. v. Oliva) quod
 5 «olea vel oliva dicitur arbor, oleum vel olivum liquor, bacca fructus. Sed sepe ista proprietas confunditur». Hoc olivetum locus ubi crescunt olive.

OLEASTER, oleastri masculini generis dicitur olea silvestris. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,61), «Oleaster dictus quod sit foliis olive similibus sed latoribus, arbor inculta atque silvestris, amara atque infructuosa; cui insertus
 5 olive ramus vim mutat radice et vertit in propriam qualitatem».

OLEUM «siquis inter aquas mersus ex ore emiserit clariora facit ea que profundi teguntur occulto. Nam eius natura habet ut cibos condiat et lumini fomentum prebeat et lassum longo itinere corpus dum eo unctum fuerit pristinae
 5 nitati restituat». Ita dicit Papias.

OLFACTORIOLA «vascula sunt muliebria quibus odoramenta gestantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (31,19). Et declinatur hoc olfactoriolum et est diminutivum ab ol-

OFFIMACHUS 4 offi] effimachus C; hoc] hec C 5 male vel sicut in antiquis libris invenitur scribitur ophimachus per ph et hoc verius credo et sunt multa alia animalia B (Cf. Brito Metricus, vss. 1372-78)

OLEA 2 olea om. D 3 oleum olea autem est C

OLEASTER 3 fit C; similis B

OLEUM 2 eius] huius B 3 lumini] limum A; fomitum D

OLFACTORIOLA 1 olfactoria A, olfatoriola B 3 hoc om. D

factorium, rii quod dicitur ab olfacio, cis, quod est olere
5 facere vel odorare. Et est sincopatum verbum ab olefacio,
olefacis, quod est facere olere.

OLLA ab olendo dicta quia diu servat immissum odorem.
Et dicitur olla a bulliando quasi bolla quia aqua in ea bulliat.

OLIM, id est in preterito, in presenti, in futuro. Versus (*Grec.*
XX, 51),

Presens, preteritum notat olim sive futurum.

Unde Virgilius in primo Eneidos (203),

5 forsā et hec olim meminisse iuvabit,
id est in futuro.

OLOFERNES dicitur ab olon, quod est totum, et fero, fers et
necis, necem, a nece, quasi omnibus ferens necem. Unde
bene significat diabolus.

OLUS «ab alendo dicitur eo quod primum homines oleribus
alerentur antequam fruges et carnes ederent. Tantum enim
pomis arborum et oleribus alebantur sicut animalia herbis».
Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (10,2).

OMEN, ominis expositum est supra ubi exponitur abomi-
nor.

4 quod *primum*] quo A 5 suncopatum D 5-6 olfacio olfacis
ABD

OLLA 2 bollia C

OLIM 4 eneidum C 5 hoc B

In marg. fol. 117^v add. D: hec olimpias dis festum vel sollempnis ludus
quod vel qui fiebat ad honorem iovis semel vel per quinquennium
ne si ulterius procederetur in negligentiam et oblivionem corrueret
vel si citra quinquennium celebraretur expense nimietas eos gra-
varet in illa celebratione lex talis erat quod quicumque victor
existeret in aliquo ludo haberet quodcumque munus vellet require-
re unde invenitur in rethorica quicumque tyrannum interficiet
olimpicarum premium accipiet

OLOFERNES 2 bene ferens C 2-3 unde et bene B

OLUS 1 olendo AD

OMEN 1 expositum est] exponitur C

ONAGER est asinus silvaticus de quo dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (1,39), «Onager interpretatur asinus ferus. Onon quippe Greci asinum vocant, agrium ferum. Hos Africa habet magnos et indomitos et in deserto vagantes. Singuli autem feminarum gregibus presunt. Nascentibus masculis zelant et testiculos eorum morsu detruncant, quod caventes matres eos in secretis locis occultant». Huguition (s.v. Onon) dicit quod onager componitur ab «onos vel onon grece, quod est asinus latine, et ager vel agrios, quod est ferum vel agreste».

ONICA «fertur ostreola parvula, suave redolens, magnitudine humani unguis. Unde et onica dicitur quia onix grece unguis dicitur». Ita dicitur in Historiis (1188), et sumitur de glosa Exodi xxx g (34). Ostrea est quidam piscis sic dictus ab ostra grece, quod est testa latine, quia carnis eius interior mollities testa munitur. Ostrea autem pro ipsis pisciculis in neutro genere, ostree autem pro eorum carnibus in feminino dicuntur. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (6,52). Item glosa dicit Ecclesiastici xxiii (21), «Ungula in Exodo onica dicitur, grece enim onix, latine unguia quia humano ungui assimilatur».

ONIX quedam gemma «appellatur eo quod habeat in se permixtum candorem in similitudinem unguis humani. Greci enim unguem onicem dicunt. Hanc India vel Arabia gignit. Distant autem invicem nam Indica ignis colorem habet albis cingentibus zonis». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (8,3).

ONICHINUS idem est quod onix et corripit penultimam.

ONAGER 1 silvester vel silvaticus A, silvasticus B 3 onon] on O; agriam O 7 eos om. A 9 et ager om. C; agrios] agros C

ONICA 3 dicitur *primum*] sumitur C 8 ponuntur dicuntur A 9 xiiii B 11 assimilatur D

ONIX 1 gemma est et appellatur B 2 similitudine B 4 indica] onica B, onix indica D

Unde cum dicitur lapis onichinus appositiva est constructio. Si enim esset possessivum produceret penultimam secundum regulam Prisciani (II, 51) supra positam ubi exponitur
 5 bissus.

ONOCENTAURUS dicitur ab onos, quod est asinus, et centaurus quasi asinus immixtus homini. Centauri fuerunt equites Thessalorum qui pro eo quod in equis in bello discurrebant quidam unum corpus equorum et hominum iudicabant.
 5 Unde centauros fictos asseverant. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (3,37) ubi agit de portentis et subdit ibidem (39), «onocentaurus vocatur eo quod media hominis specie et media asini esse dicatur, sicut Ypocentaurus, quod equorum hominumque natura in eo coniuncta esse putatur».

ONOCROTALUS vel onocrotalon «quedam avis est». Et dicitur ab onos, quod est asinus, quia «faciem gerit asini, nam sic dicitur stulta facies et obducta. Vel onocrotalus grece, latine dicitur longum rostrum». Ita dicit Hugutio (*s. v.*
 5 Onon). «Et est avis, ut dicunt, similis cigno». Unde in Aurora (*Lev. 707-12*) scribitur,

Par onocrotalus est cigno, sonitum dat in undis,
 Ac uterus quidam faucibus eius inest;
 Escarum cupidus, impleri nescius, ales
 10 Colligit hec totum quicquid habere potest,
 Que rapuit primo mox reddit in os et in alvum
 Victum fert tanquam ruminet ille cibum.

OPACUS, ca, cum, id est obscurus, condensus, dicitur ab ops, quod est terra. Unde opaco, cas, id est obscurare, condensare.

ONICHINUS 2 unde] ut D 5 abissus B

ONOCENTAURUS 3 pro eo quod] prout A; bellis B 8 dicebatur B 9 putabatur B

ONOCROTALUS 3 sicut B; facies o et A 10 hec] hic B, hoc D; hec totum] interdum C

OPACUS 1 condensis D; et dicitur C 2 obscuritate A

OPPANDERE dicitur undique pandere, extendere. Oppansus, sa, sum, id est undique extensus.

OPERA, re dicitur in rebus agendis sedulitas, studium, intentio, labor, auxilium. Et dicitur ab opus, operis. Est autem opus id quod fit. Operatio autem est operis actio. Et componitur opus cum pretio et dicitur hoc operepretium, id
5 est necessarium, utilitas vel necessitas.

OPERIO, ris, rui, rire, tum idem est quod tegere. Et componitur ab ob et perio, peris. Et scribitur per unum p. Unde corripit primam sillabam. Et est activum. Item ex eisdem componitur opperior, opperiris, oppertus sum, opperiri, verbum deponens, id est expectare et duplicat p. Unde
5 producit primam sillabam. Unde Ovidius Methamorphoseon ix a (94-6),

Discedunt iuvenes neque enim dum flumina pacem
Et placidos cursus habeant toteque residant
10 Operiuntur aque.

OPIDO, id est valde, dicitur ab opibus.

OPPIDUM quidam ab appositione murorum dixerunt. Alii ab opibus recondendis eo quod sit munitum. Alii ab ope mutua quam ibi habitantes dant contra hostem vel quia propter munitionem suam oppidum dat opem contra
5 stem. Discrepat autem oppidum magnitudine et menibus a vico et castello et pago. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (2,5-6).

OPPILIO dicitur quasi ovilio, scilicet custos vel pastor ovium. Et nota versus differentiales de Grecismo (IX, 266-9),

OPPANDERE *Totum om.* C

OPERA 1 dicitur] est B 1-2 intensio D 3 autem *om.* D 4 opus] opera D

OPERIO 2 pario paris B 3 unde et B 7 xi D 8 nec AC; dum] per AD 9 totoque D; recedant C

OPPIDUM 3 hostes B; quia *om.* A 4 propter *om.* C; opidi dum dant B 6 ita *om.* AD

OPPILIO 1 oppolio C; dicitur *om.* C

- 5 Mango caballorum sit porcorumque subulcus,
Ast asini pastor sit agazo boumque bubulcus,
Mulio mulorum dux ennoicusque caprorum
Nam caper est ennos oviumque sit oppilio dux.

Quod autem prima sillaba producat patet per Alexandreidem (*Gualteri de Castellione* II, 635, *PL* 209,476) ubi dicitur,

Ne minuat numerum lupus oppilione sinistro.

- 10 Item Virgilius in *Bucolicis* (10,19),

Venit et oppilio tarde venere bubulci.

Unde quidam proverbialiter loquens sic ait,

Oppilio piger obsequio dum spernit herile
Depositum lupus ad libitum populatur ovile.

OPPILO, las dicitur obturare, claudere, contundere et componitur ab ob et pilo, pilas vel secundum Huguitionem (*s. v.* Pinso) «componitur ab os, oris et pilo, pilas», quod est in pila tundere, terere, rapere. Item pilo, pilas dicitur a
5 pila, quod est instrumentum concavum ad terendum frumentum vel aliud. Pilo componitur compilo, las, id est «contundere, rapere, furari, explorare. Unde Oratius in libro *Sermonum* (I,1, 78-9),

- 10 Ne te compilent fugientes, quid iuvat? horum
Semper ego optarem pauperrimus esse bonorum.

Proprie» autem, sicut dicit Huguitio, «compilare est aliena dicta suis intermiscere. Unde Ysidorus» *Ethimologiarum* x

4 ast] at C; agaso CD; *post* bubulcus *add. in textu* B, *in marg.* C: magno dicitur quasi mannos (magnos B) agens et autem mannos (magnus B) equus brevior ut dicit Ysidorus subulcus (subuculus C) dicitur quasi suum custos agazo (agaso C) quasi asinos (asinum C) agens id est ducens 5 eunoicusque D; caprarum ABC 6 capra C; sit] est C 7-8 alexandrum BD, a lex C 9 *alios duo versus praebet* B: sic ubi tundentes ad pascua veris iture / ne minuat numerum lupus pilione sinistro / capripedi fauno commendat sedula baucis; opilione que ACD; sinistra C 13 obsequium B 13-14 Cf. *Walther*², no. 20268

OPPILO 1 obturpare A 2 pilas *om.* C 5 concavum *om.* B 6 a pilo A

(44), «Compiler est qui aliena dicta suis permiscet sicut solent pigmentarii in pila diversa mixta contundere' . . . De-
 15 pilo, las, rapere, furari, exspoliare et expilo, las in eodem sensu . . . Repilo, las iterum pilare. Suppilo, las, id est subtus vel latenter pilare». Et nota quod pilo et ab eo composita producunt ubique hanc sillabam pi. Unde Ovidius Methamorphoseon xiii d (562),

20 Expilatque genis oculos (facit ira nocentem).

Quando autem pilo et depilo et cetera derivantur a pilus, pili tunc ubique corripitur pi. Unde Grecismus (?),

Oppilat ora pilo claudens obturat et ille
 Aures cum thure quod ab antiquo solet esse.

25 Antiquitus enim solebant claudere ora cum capillis ne aliquid malum proferrent vel morientibus ne aliquid ignominiosum dicerent. Item cum thure solebant obstruere aures in sacrificiis ne aliquid mali audirent vel latronibus quando dampnabantur ne audirent iudicium. Ita solent exponi predicti ver-
 30 sus Grecismi.

OPIMATISSIMUS, ma, mum dicitur ditissimus, opulentissimus, valde vel maxime opimatus. Et nota quod ab opibus dicitur opimus, ma, mum, id est dives, abundans, opulentus. Virgilius Eneidos iii c (224),

5 Exstruimusque thoros dapibusque epulamur opimis,
 id est abundantibus. Idem ix d (x, 449),

Aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis,
 id est opulentis. Unde opimo, mas, id est fecundare, ditare, opulentare. Et inde opimatus, ta, tum participium quod per
 10 comparisonem transit in vim nominis, et dicitur opimatus,

13 suis dictis C; intermiscet B 14 mixta om. B 15 rape A 16 iterum . . . las om. B; iterum] item D 21 autem om. C
 OPIMATISSIMUS 1 opinatissimus A 2 vel om. A; magne A; opinatus C 2-3 opibus dicitur opibus A 6 idem in ix B 7 ego iam] iam ago C 8 opulentis] abundantibus C 9 quod om. D 10 compositionem ACD

opimatur, tissimus. Unde Iudith ii (13) legimus, «civitatem opimatissimam», id est opulentissimam. Aliqui tamen libri habent ibi opinatissimam, id est famosissimam.

OPITULOR, aris idem est quod auxiliari. Et est compositum ab ope et tulo, tulis, tetuli, tulere, quod dicebant antiqui pro quo moderni dicunt tollo, tollis, tuli vel sustuli, quod est auferre vel elevare vel accipere. Unde hec opitulatio, id est
5 auxilium.

OPORTERE, opportunum esse, convenire, necesse esse. Et est compositum ab ope et porto, tas. Unde oportere dicitur quasi opem portare et est verbum defectivum et declinatur oportet, oportuit, oportebat. Antiquitus tamen dicebatur oporteo,
5 tes. Et ab oportet dicitur opportunus, na, num, id est conveniens, necessarius, utilis. Unde hec oportunitas. Et scribitur opportunus per duplex pp. Unde producit primam sillabam. Oportet autem eandem corripit et scribitur per simplex p.

OPPRESSUM IRI, id est opprimendum esse. Iob xxii b (11), «putabas te tenebras non visurum, et impetu aquarum inundantium non oppressum iri».

OPPROBRIUM dicitur vituperium, dedecus, derisio. Et componitur ab ob et probrum, probri, quod est crimen, dedecus, convicium vel vituperium. Et dicitur a probro, probras, quod est vituperare, redarguere, conviciari. Et habet primam
5 sillabam indifferentem quod patet per versus supra positos ubi exponitur exprobro, exprobras.

OPPROBRIUM EGYPTI dicitur «preputium quod apud He-

11 iudicum B 13 ibi *om.* B

OPITULOR 3 sustuli tollere quod C 4 unde *om.* ABD

OPORTERE 4 tamen *om.* C 5 et] vel A, *om.* D 7 opportunus] oportunitas B; unde et B

OPPRESSUM IRI 2 te *om.* C; impetum B

OPPROBRIUM EGYPTI 1 Egypti *om.* B

breos opprobrium erat immunditie gentium». Ita dicit Magister in Historiis (1263) super illud Iosue v (9) «Hodie abstuli a vobis opprobrium Egypti» et subdit «ob hoc vocatum est nomen loci illius collis preputiorum vel Galgala, id est revelatio quasi sanctificatio. Secundum illud facta est Iudea sanctificatio eius. Potest tamen dici opprobrium ab eis oblatum servitus Egypti et labor deserti, quod congruit secundum aliam nominis interpretationem. Interpretatur enim Galgala libertas».

OPTIMATES quasi optimi existentes dicuntur, meliores et honoratiores in populo. Derivatio patet et declinatur hic et hec optimas, matis.

OPTIO, optionis dicitur desiderium vel electio, et milites electi dicuntur optiones. Et dicitur optio per sincopam ab optatio, onis.

ORACULUM dicitur propitiatorium. Unde Exodi xxxvii b (6) dicitur, «Fecit propitiatorium, id est oraculum», et in eodem sensu accipitur fere per totam bibliam nec aliud significat cum dicitur locus unde dabantur responsa, quia de medio propitiatorii solebat dominus respondere. Tamen pro templo potest accipi iii Regum vi d (31) ubi dicitur, «in ingressu oraculi fecit duo hostiola» etc. Papias ita dicit, oraculum dicitur divinum eloquium, celeste responsum, oraculum unde sortes accipiuntur, oracula delubra. Est tamen differentia quia «oracula templa sunt ubi oratur, unde et responsa redduntur; delubra autem templa fontes habentia ad purificandos et diluendos fideles». Unde et delubra a diluendo appellata. Item in Historiis (1170), «Responsum divinum oraculum dicitur quia orantibus datur». Dicitur au-

3 v b B 4 et subdit et AD 5 loci *om.* C; illius loci vel illius collis D 6 quasi] id est C 8 illatum AB

OPTIMATES 2 honorabiliores B

ORACULUM 1 dicitur *om.* C 4 significat cum] significatum C; unde] ubi B 8-9 oraculum et unde B 10 et] etiam B 13 sunt appellata B

15 tem oraculum ab oro, oras, quod multa significat. Unde versus,

Supplicat, implorat, petit, obsecrat, hec notat orat.

Unde orator, id est actor, defensor, patronus, causidicus, advocatus. Ita dicit Papias.

ORATIO dicitur quasi oris ratio nam orare est loqui et dicere. Est autem oratio contextus verborum cum sensu. Contextus autem sine sensu non est oratio quia non est oris ratio. Item oratio petitio est quia orare idem est quod petere. Ita dicit
5 Papias. Et etiam Ysidorus Ethimologiarum vi (19,59) multa dicit de oratione.

ORATORIUM, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xv (4,4), «Orationi tantum est consecratum in quo nemo aliquid agere debet nisi ad quod factum est; unde et nomen accepit».

ORBARE dicitur viduare, privare et proprie filiis quasi orbum facere. Unde orbis, ba, bum, id est privatus, cecus et qui filium amisit dicitur orbis. Nota versus differentiales de Grecismo (XIII, 15-16 +),

5 Cecus inutiliter gerit instrumenta videndi,
Lumine privatus violenter dicitur orbis.
Dicitur orbatus cecatus vel viduatus.

ORBIS dicitur circulus septimane. Unde Iob i (5), «Cumque in orbem transissent dies convivii». Et ponitur simpliciter pro circulo vel rotunditate vel rota. Unde hec orbita dicitur vestigium rote que rotunda est. Unde dicitur orbita quasi
5 orbis iter, id est via. Item orbis dicitur mundus vel terre circulus. Unde in Psalmo (97,7), «orbis terrarum et qui habitant in eo». Unde Ysidorus in xiiii (2,1) Ethimologia-

17 obsecat C

ORATIO 4 petio C 5 etiam om. B

ORATORIUM 1 ait] dicit BC; xvi C 2 orationi] oratorium ABC

ORBARE 2 id est om. B 3 filium amisit filium AB

ORBIS 1 i om. C 3 vel rotunditate iteravit B; unde hec om. C 7 ysidorus dicit C; xiii BD

rum, «Orbis a rotunditate circuli dictus quia sicut rota est; unde et brevis rotella orbiculus appellatur».

ORDEUM quasi ardeum dicitur ab arendo eo «quod pre ceteris generibus frumenti fiat aridum». Vel dicitur ab ordine eo «quod spica eius ordines habeat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (3,10). Et secundum Papiam ordeum
5 est frigidum et humidum.

ORGANUM, sicut dicit Ysidorus in iii (21,2) Ethimologiarum, «Vocabulum est generale vasorum omnium musicorum». Papias autem dicit quod organa dicuntur omnia instrumenta musicorum et non solum illud organum dicitur
5 quod grande est et inflatur follibus, sed quicquid aptatur ad cantilenam et corporeum est. † Quo instrumento utitur qui cantat organum dicitur.† Possumus etiam modulationem vel cantilenam, et proprie que fit cum talibus instrumentis vel vasis, organum appellare. Et dicitur organum ab orge,
10 quod est colere, quia debemus organis uti ad cultum dei. Unde organista et organizo, nizas.

ORION astrum ante tauri vestigia fulget, et dicitur Orion quasi urion ab urina, id est ab inundatione aquarum, tempore enim hiemis aboritur et mare ac terras aquis ac tempestatibus turbat. Hunc Latini iugulum vocant quod sit
5 armatus gladio et stellarum luce terribilis atque clarissimus, in quo si effulgent omnia serenitas protenditur, si obscurata sit huius acies tempestas cernitur imminere. Et nota quod secundum Lucanum producit penultimam in genitivo, unde dicit in primo g (665),

10 Ensiferi nimium fulget latus Orionis?

ORDEUM 1 dicitur *om.* B; ardendo C 3 ordines] ordinem ACD

ORGANUM 1 in *om.* B 4 organum] instrumentum B 7 ille qui cantant unde organum C

ORION 1 astrum est B; fulgens B 3 enim] autem B; oritur B; et] ac C; ac *alterum*] et B 6 obscura B 7 fit D; tempestes C 9 dicit] patet B; in *om.* D 10 nimirum A

Idem in ix f (836),

Teste tulit celo victi decus Orionis,

sed Ovidius *Methamorphoseon* xiii c (294) corripit dicens,

Diversasque urbes nitidumque et Orionis ense.

- 15 Plurium usus sequitur Ovidium quam Lucanum. Unde in talibus in quibus auctores sibi contrariantur semper tenenda est consuetudo loci in quo legitur.

ORIX, ut dicit glosa li (20) Isaie, «Animal est immundum nec sacrificiis aptum». Lxx interpretes transtulerunt ibi «sicut beta semicocta», ceteri interpretes omnes «sicut orix illaqueatus» transtulerunt, qui hebraice dicitur tho. Et inter
 5 immunda animalia in lege computatur, scilicet Deuteronomii xiiii a (4-5) ubi dicitur, «Hoc est animal quod comedere debetis», etc., et sequitur «origem, cameleopardulum». Erat itaque mundum animal quantum ad esum, sed immundum quantum ad sacrificium, sicut dicit glosa Isaie li. Aliqui ta-
 10 men dicunt quod orix non significat idem animal quod significatur per origem, quod non credo. Iudei enim utrobique habent tho. Item dicunt quidam quod est animal quoddam in heremo simile capre cuius pili sunt reflexi versus caput contra naturam omnium aliorum animalium. Alii dicunt
 15 quod est mus aquaticus qui cum captus est proicitur in viis sive in compitis. Alii dicunt, quod verius credo, quod orix est animal simile muri quod nos dicimus glirem, de quo Ysidorus *Ethimologiarum* (xii, 3,6), «Glires dicti quia pingues eos efficit sompnus; nam gliscere dicimus crescere.
 20 Hieme enim tota dormiunt et immobiles quasi mortui iacent, tempore autem estivo reviviscunt». Et cum istis videtur Plinius (*N. H.* ii, 40, 107) concordare qui dicit, origem ap-

11 in *om.* C 14 diversaque D; nidumque C; et *om.* B

ORIX 1 est *om.* B 2 nec] non A 6 ubi dicitur *om.* B 7 origen C; cameleopardulum C 11 origen BC; ubique A 12 quod est animal *om.* D 16 in *om.* B 17 nos *om.* C 18-19 pingues quod scilicet quies efficit et sompnus B 19 dicuntur C 22 plenius C; sic dicit B, dicit sic CD; origen B

pellat Egyptus feram quam in ortu canicule contrastare et
contueri tradit ac velut adorare cum stertuerit. Ortus cani-
25 cule est vii Kalendas Iunii, et tunc incipit estas. Nota versus
differentiales (*Grec. x*, 168-9),

Glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur;
Ris primus, glissis tenet altera, tertia glitis.

Item credo quod declinatur hic orix, origis, sicut patet per
30 exemplum Deuteronomii suprapositum et secundum illam
regulam que ponitur in Grecismo (?),

Nomen in x donat in cis vel gis genitivum
Quatuor exceptis: nox, nixque, senexque supplelex,

et est extracta regula de Prisciano (VI, 93). Et nota quod He-
35 brei dicunt in pedica captus ubi nos dicimus illaqueatus.

ORPHANUS idem est quod pupillus. Unde Ysidorus Ethim-
mologiarum xi (2,12), «Orphani idem qui et pupilli; illud
enim grecum nomen est, istud latinum. Nam in Psalmo
(9,(10),14) ubi legitur, 'Pupillo tu eris adiutor', grecus habet
5 orphano». In Grecismo (IX,6-7 *et app. crit.*) tamen ponuntur
isti versus differentiales,

Pupillus patre caret, orphanus est sine matre,
Orphanus ac proprie magis est privatus utroque.
Hunc orbum dices qui sit viduatus utroque.

10 Item ab orphano dicitur hoc orphanotrophium, id est hospi-
tale vel alius locus in quo orphani nutriuntur vel conversan-
tur. Et hic et hec orphanotrophica qui vel que preest et
custodit orphanotrophium.

23 feram] stellam C 24 odorare AB; cum stertuerit *om.* B 25 viii
BC 28 glitis] gliris D 29 hic *om.* C 32 x] ex B; in gis A 33
nixnoxque C; senex C; superlex B 35 impedita A; *post* illa-
queatus *add. in textu* A, *in marg.* B: secundum iuvenalem orix dici-
tur gallina africana que maxima est et pinguis adeo ut cultellum
hebetet sua pinguedine unde dicit in iiiii (11, 140-1) libro et getu-
lus orix hebeti lautissima ferro ceditur (avis delicatissima D)
ORPHANUS 2 *ad idem in marg.* D: sinceretis iidem enim vel eidem de-
beret dici secundum priscianum 3 in *om.* A 9 orphum C; fit D;
viduatus] privatus B 10 hoc *om.* D; id est] vel B

ORTIGOMETRA expositum est supra ubi exponitur coturnix. Dicit tamen Hugutio quod «ortix, ortigis grece latine dicitur coturnix. Unde hec Ortigia quedam insula est, scilicet Delos», in qua primo coturnix apparuit. Unde hec ortigometra
 5 dicitur «coturnix que ducit gregem; quandoque autem simpliciter ponitur pro coturnice et possumus dicere quod componitur ab ortix, quod est coturnix, et metros, quod est mensura, quia mensurat et regit volatum aliarum. Et corripit naturaliter hanc sillabam me sicut metrum, quod simili
 10 liter a metros dicitur; propter mutam tamen et liquidam potest esse indifferens.

ORTUS, orti ab orior vel oreris vel oriris dicitur quia semper ibi aliquid oritur, nam cum alia terra semel in anno aliquid ferat, ortus numquam sine fructu est. Unde hic ortilio et hic ortolanus custos vel cultor orti.

OSANNA «verbum est hebreum et componitur ex integro et corrupto, osi enim salvifica, anna interiectio est deprecantis. Denique in Psalmo ubi lxx interpretes transtulerunt 'O domine salvum me fac' in hebreo habetur 'anna adonai',
 5 quod noster Ieronimus transtulit 'obsecro domine salva'. Obsecro idem est quod 'o domine' per interiectionem obsecrantis, quod 'obsecro domine' per ipsum verbum obsecrationis». Ita dicit glosa xi Marci (9). Papias autem sic exponit, Mattheus et Marcus et Iohannes unum verbum posuerunt

ORTIGOMETRA I est *om.* B 3 hec *om.* C; ortia B 4 hic B; ortigometra C

ORTUS I vel *primum om.* D 2-3 nam licet aliqua terra aliquid semel in anno ferat orti tamen terra sine fructu numquam est B 3 etiam ortus A; hic *alterum om.* B

OSANNA 3 deinde D 6 idem enim est o domine C 8 Papias] *in marg.* C: hec non sunt verba nostri papie non credo quod sunt alicuius auctoris cum contrarium sit verum rabanus de naturis rerum .li. capitulo solus tamen matheus predicationis historiam hebreo perstrinxit stilo reliqui vero greci sermonis eloquio ediderunt item ysidorus eth li vi c 5 primus matheus conscripsit evangelium litteris hebraicis et sermonibus in iudea etc 9 et *primum om.* C

- 10 dicentes «Osanna filio David» etc. Solus Lucas verbum osanna non posuit. Osanna ergo, quod nos corrupte pro osianna dicimus, salvifica sive salvum fac exprimitur, cuius interpretationem latinus sermo non exprimit. Osanna ergo, quia in
 15 et amen et in pluribus aliis factum videmus, ipsum hebreum posuerunt dicentes osanna. Lucas igitur, qui inter evangelistas greci sermonis eruditissimus fuit, quia se vidit proprietatem sermonis transferre non posse, melius arbitratus est tacere quam id ponere quod legenti faceret questionem. Item
 20 dicit Augustinus (*In Ioannis Evang.*, PL 35,1764) osanna «vox obsecantis, magis affectum indicans, sicut sunt in lingua latina quas interiectiones vocant, velut cum dolentes dicimus heu et cum delectamur dicimus vath vel cum miramur dicimus o rem magnam, tunc enim dicimus o quia nihil significat nisi mirantis affectum. Quod ideo credendum
 25 est ita esse quia nec Grecus nec Latinus hoc interpretari potuit, sicut illud (*Mt.* 5,22) 'qui dixerit fratri suo: Racha', nam et hec interiectio esse perhibetur affectum indignantis ostendens». Ista verba ponit Papias in libro suo, et subdit;
 30 Mattheus, qui evangelium greco sermone conscripsit, ita posuit osanna barrama, id est in excelsis, quia salvatore nascente salus in celo, id est usque ad excelsa, pervenit pace facta non solum in celo sed in terra. Item glosa Ieronimi Matthei xxi, «Osi, id est salva vel salvifica. Anna interiectio
 35 deprecantis, quasi salva obsecro... 'In excelsis' quia angelorum salus quorum implet numerum». Item Ysidorus in vi (19,23) Ethimologiarum sic ait, osanna, id est salvifica, subaudi populum tuum vel totum mundum.

OS, oris loquitur, corio vestitur os, ossis. (*Grec.* XI, 154).

- 11 pro om. D 12 salvum om. C, salvum me fac B 13 quia] quod B
 15 pluribus] plerisque C 21 obsecantis est C 23 delectamus D;
 vah D 26 est ita om. C; quia] quod B; hec C 27 ille B 30
 evangelium suum B 32 celo] celsis C 33 item est glosa C 34 xxix
 B 36 impleteret D 37 xvi B
 OS 1 vestitus D

Et sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,49), Os dicitur ab hostio eo «quod per ipsum quasi per hostium et cibos intus mittimus et sputum foris proicimus, vel quia per illud
 5 ingrediuntur cibi et egrediuntur sermones». Idem in eodem (1,86) «ossa ab usto dicta propter quod cremarentur ab antiquis sive, ut alii putant, ab ore, eo quod ibi pateant. Nam ubique cute visceribusque oblecta celantur». Item ab ore dicitur hec orexis, id est vomitus qui exit ab ore et hec ore-
 10 xia, id est polifagia, id est multa comestio, nimium desiderium comedendi. Et contingit hec infirmitas cum extra naturam comeditur.

OSCITARE, id est hiare, os aperire. Et componitur ab os, oris et cito, citas, quod est movere. Unde hec oscitatio et hoc oscitamen, id est oris apertio vel extensio vel hiatio, et hec oscedo, oscedinis quedam infirmitas qua infantium ora exulcerantur.
 5

OSCULUM secundum Papiam datur filiis, pax amicis, basium uxori, suavium meretrici. Item «osculum est caritatis, . . . basium blanditiae, suavium voluptatis». Et ponit ipse tales
 5

Basia coniugibus sed et oscula dantur amicis,
 Suavia lascivis miscentur grata labellis.

Osculum diminutivum est ab os, oris et mutat significationem vel melius componitur ab os, oris et cilleo, cilles, quod est movere. Osculum autem, id est parvum os, diminutivum est
 10 ab ore, sicut dicit Hugutio.

OSTENTUM Exodi iiii f (21) dicitur monstrum sive res admirationem faciens que proposita ad oculum potest ostendi. Unde et ab ostendo, ostendis dicitur. Et nota quod ostendo duplex habet supinum, scilicet ostentum et ostensum. Simi-

3 eo quod] quia C 4 foras B 6 vel ab usto B 9 orex orexis C
 OSCITARE 1 ab os oris] abs oris B 2 ossitatio C 4 obscedo obscedinis B
 OSCULUM 5 et om. D 6 libellis B 7 ab] de B
 OSTENTUM 4 scilicet om. A

5 liter tendo, dis, a quo componitur, facit tensum et tentum.
Ita dicit Priscianus (x, 28). Et inde participia in turus et in
surus et in tus et in sus. Vel secundum Ysidorum (xi, 3, 3)
ostenta dicuntur ab ostendendo «quia quicquam futurum
ostendere videantur». Vide supra differentias inter porten-
10 tum, monstrum, prodigium et ostentum, quas invenies ubi
exponitur monstrum.

OSTENTUS, tus, tui dicitur irrisio et maxime que fit cum ali-
quo signo notabili quo irrisus ostenditur. Unde Hebreorum
vi (6), «crucifigentes filium Dei et ostentui habentes».

OVIS «molle pecus lanis, corpore inerme, animo placidum,
ab oblatione dictum eo quod apud veteres in initio non tauri
sed oves in sacrificio mactarentur. Ex hiis quasdam bidentes
vocant, eas que inter octo dentes duos altiores habent, quas
5 maxime gentiles in sacrificium offerebant». Ita dicit Ysidorus
in xii (1,9) Ethimologiarum. Secundum Servium (*Aen.* iv,
57) dicuntur oves bidentes quasi biennes, id est duorum
annorum, quia talis etatis eligeantur ad sacrificium. Sed
competentius dicitur bidens a duobus dentibus qui premi-
10 nent et cum quibus dicitur nasci. Et declinatur hec bidens,
tis.

OVUM quasi uvum ab uva dicitur, sicut enim uva sicca est
exterius et humida interius, ita et ovum. Unde Papias «ova
dicta ab eo quod sint uvida». Unde et uva dicta eo quod
intrinsicus humoris sit plena. «Nam humidum est quod ex-
5 terius humorem habet, uvidum autem quod interius. Qui-
dam autem putant ovum grecam habere originem nominis,

5 dis *om.* C; et *om.* C 6 et inde] unde D 7 et in tus *om.* C
8 ostendendo] ostendo D 10 quas] que C
OSTENTUS 1 que] illa que C 2 notabiliter A
OVIS 3 quidam A 5 in suis sacrificiis B 6 secundum autem servium
B 11 huius tis A
OVUM 1 sic B 4 sit *om.* C; *Post plena add.* A: et est differentia inter
humidam et uvidum

illi enim dicunt oum et oa, v littera ablata» quam nos addimus. Ova autem «quedam inani vento concipiuntur, sed non sunt generabilia nisi que fuerint concubitu masculino
 10 concepta, quorum naturam dicunt ut lignum profusum ovo non ardeat ac ne vestis quidem contra aduratur. Ammixta quoque calce glutinare fertur vitri fragmenta». Verba sunt Papie usque huc. Unde ovo, ovas, id est letari, et est proprie victorum, et est tractum a pueris qui letantur quando datur
 15 eis ovum.

P

PABULUM a pascendo dicitur, scilicet pastus vel pascua.

PACIFICA dicebatur oblatio que fiebat «pro pace ad deum vel ad homines vel quia ad bonum pacis fiebat, sicut salutaria sacrificia pro salute data vel danda vel conservanda offerebantur». Ita dicitur in Historiis (1196).

PACISCOR, pacisceris, pactus sum, pacisci multa significat; pacisci enim dicitur in pactum accipere, in pactum ponere vel dare vel promittere, in pactum petere, pactum facere, amicitiam firmare vel integrare. Unde hec pactio dicitur
 5 conventio, condictio, promissio et hoc pactum, id est placitum, conventus, scilicet inter partes conveniens scriptura. Unde dicitur pactum quasi ex pace actum. Istud sumitur de Ysidoro Ethimologiarum v (24,18).

PAGELLA dicitur pars folii libri et est diminutivum a pagina, quod dicitur a pango, gis, pegi pro iungere quia pagine sibi

7 enim *om.* D; oum *om.* B 9 fuerunt B 12 fertur] facit B; vitri] inter ABD

In marg. fol. 121v add. D: ozi vel oza robur interpretatur unde ozias quod interpretatur fortitudo domini et hoc ozimen ozima dicuntur intestina scilicet tripe quia in eis constat fortitudo

PACIFICA 4 dicit AD

PACISCOR 5 conventio] coniunctio A; condictio] condicio B 6 scilicet . . . conveniens *om.* C 7 hoc pactum B

invicem iunguntur. Et nota quod pagina quandoque dicitur carta, quandoque liber, quandoque scriptura. Unde dicitur
5 «in sacra pagina scribitur hoc».

PAGUS, pagi, id est villa, dicitur a «pige grece, quod est depressum vel depressio» vel fons, «quia fontes solent esse in depressis locis». Pagi etiam «solent edificari iuxta fontes». Unde hic pagulus diminutivum et paganus, pagani, id est
5 villanus. Et dicuntur pagani omnes qui morantur extra civitates. Unde et quicumque moratur extra civitatem dei, id est ecclesiam, paganus dicitur quia non moratur in civitate. Ita dicit Hugutio (*s. v. Pige*). Secundum Ysidorum (VIII, 10,1), «dicuntur pagani a pagis Atheniensium ubi exorti
10 sunt. Ibi enim in locis agrestibus et pagis gentiles lucos et idola statuerunt, et a tali initio pagani vocabulum sortiti sunt».

PALAM, id est aperte vel manifeste, adverbium est et dicitur a palo, palas quod inferius exponitur. Et nota quod palam adverbium corripit primam sillabam. Unde Lucanus vii f
(526),

5 Precipites fecere palam civilia bella.

Et semper acuit ultimam ad differentiam accusativi huius nominis pala, pale quod exponitur infra. Item palam pro coram prepositio est.

PALATA dicitur ficus inter palas compressa. Sicut enim dicit Magister in Historiis (1337) super ii Regum xvi a (2), «Pale dicuntur tabule inter quas ficus compinguntur». Unde et palate dicuntur ficus ibi compacte. Item dicit Ysidorus in
5 xx (14,10) Ethimologiarum, «Pala ventilabrum vulgo dicitur a ventilandis paleis nominata». Idem in xi (1,94),

PAGUS 1 id est *om.* C; grece *om.* B 4 pagillus B 6-7 id est] idem B
9 exorti] orti C 11 vocabulum *om.* B; sortiti] vocati B

PALAM 1 id est in aperto vel aperte B 2 inferius *om.* C; et *om.* C
5 precipites *om.* D 6 accusativi *om.* C

PALATA 1 palas] palos B 5 palea C

«Pale sunt dorsi dextra leuaque eminentia membra, sic dicta quia in luctando eas premimus, quod Greci palim dicunt». Hugutio (*s. v. Palim*) dicit quod palata, palate dicitur «quod
 10 fit de palis» a palus, pali sic dicta. Item palate sunt «masse que de recentibus ficibus compingi solent et siccantur ad solem inter palos». Hoc accepit a Papia, qui addit quod palate grecum est.

PALARE duas habet significationes, nam palare idem est quod manifestare, aperire. Unde palam, de quo superius dictum est, et in hac significatione est activum. Item palare idem est quod vagare, et in hac significatione est neutrum.
 5 Dicit tamen Hugutio (*s. v. Palim*) quod plus est vagari quam palare, «vagatur enim qui aliquantulum huc et illuc discurrit sed palat qui in nullo loco propriam habet sedem». Unde vagus dicitur qui aliquantulum vadit de loco ad locum sed palans qui numquam in aliquo loco certam habet man-
 10 sionem. Virgilius Eneidos ix f (x, 674-5),

Et nunc palantes video, gemitumque cadentum
 Accipio? etc.

Et dicitur palare a palim, quod est motus. Item palim idem est quod iterum et tunc componitur cum oda, quod est laus
 15 vel cantus. Et dicitur hoc palinodium, id est cantus iteratus vel iterata laus. Item palo, palas dicitur palis aptare vel palis parare et tunc dicitur a palus, pali. Unde hec palata, de quo superius dictum est. Et nota quod palare in omnibus predictis significationibus producit hanc sillabam pa, et similiter ab eo composita. Unde propalo, las, id est manifestare,
 20 ubique producit pa.

PALATUM dicitur quasi palatium quia magnum et amplum est vel quia est quasi palatium oris et lingue. Est enim pala-

9 dicitur illud quod B 10 sic *om.* A 11 compigi C 12 hoc autem B
 PALARE 7 palat] palans dicitur A 9-10 mansionem *om.* C 10 f] e C
 17 palata te de C
 PALATUM 1 magnum est et B 2 vel *om.* BD

*palare
 nel class.
 Non r'è nelle
 mie Coniari*

tium ampla domus in qua multi possunt palare, id est vagari. Vel dicitur palatum a palo, las quasi ibi lingua vagetur. Vel
 5 secundum Ysidorum Ethimologiarum xi (1,55), «Palatum dicitur a polo . . . eo quod pro sui concavitate celi habeat similitudinem» et sursum sicut celum est positum. Unde et Greci similiter palatum uranon appellant. Celum etiam dicitur uranum vel uranon.

PALEA, sicut dicit Ysidorus in xvii (3,19) Ethimologiarum, dicitur a pala eo «quod pala ventiletur ut frumenta purgentur vel a Pale, frugum inventrice, quam gentiles Cererem esse volunt. De qua Virgilius dicit,

5 Te quoque, magna Pales, et te, memoranda, canemus.

Vel dicitur a pabulo eo quod palea sola pascendis animalibus primum prebebatur. Cuius natura econtrario tam frigida est ut obrutas nives fluere non sinat, adeo calida ut poma maturescere compellat». Verba sunt Ysidori. Unde hoc paleare
 10 vel hoc palearium dicitur locus ubi palea reponitur. Sic etiam vocatur pellis illa que sub collo bovis fluitat ad modum palee. Vel dicuntur palearia quasi pellearia a pelle. Unde Ovidius Methamorphoseon ii g (854),

Colla toris extant, armis palearia pendent.

PALESTRA dicitur «lucta vel locus luctationis, et dicitur a palim, quod est lucta vel motus, quia ibi luctantes frequenter se moveant. Vel dicitur a Pale, dea pastorum, in cuius honore primo facta fuit, vel a palude qua ungebantur luctaturi
 5 antequam haberent oleum». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Palim). «Unde palestricus, ca, cum et hic palestrita, te qui in pa-

5 palatum *om.* C 6 sui] suo C

PALEA I xvii] vii C 5 et *om.* D 6 solum C 7 premebatur C 8 obrutas C 9 palere C 10 hoc *om.* B; sic etiam] sic et A, et sic etiam B 14 existant A

PALESTRA I luctationis] in quo luctatur B 3 movent B 4 *Post fuit add. in textu A, in marg.* D: pales dea est aut parvulorum (pabulorum D) pupillorum (*om.* D) pastorum; luctaturi] luctari C 6 hic] hec C

lestra luctatur. Et quia fortes vocantur ad luctam ideo palestrita ponitur pro forti. Unde Persius (4,39),

Quinque palestrite licet hec plantaria vellant etc.»

PALIURUS carduus est asperrimus. De quo dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,56), «Paliurus est herba asperrima et spinosa». Quod autem dicitur paliurus quasi pallio herens, ethimologia est. Virgilius in Bucolicis (5,38-9),

- 5 Pro molli viola, pro purpureo narciso
Carduus et spinis surgit paliurus acutis.

PALMA «est manus digitis expansis, sicut contractis pugnus». Ita dicit Ysidorus xi (1,69) Ethimologiarum. Unde dicitur palma quasi pansa a pando, dis, di, dere, pansum, quod est «extendere, dicere, referre, manifestare, aperire. Unde pandus, da, dum, id est curvus». Ita dicit Hugutio (s. v. Pando). Nota tamen versus differentiales, scilicet,

Inferius pandum, sursum dat cornua curvum,
Pandum convexum non curvum dicito celum.

Omne tamen pandum potest esse curvum et econverso di-
10 versis respectibus. Item a palma dicitur hec palma pro qua-
dam arbore de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii
(7,1), «Palma dicta quia manus victricis ornatus est vel quod
oppansis est ramis in modum palme hominis. Est enim ar-
bor insigne victoriae proceroque et decoro virgulto diuturnis-
15 que vestita frondibus et folia sua sine ulla successione con-
servans. Hanc Greci phenicem dicunt eo quod diu durat,
ex nomine illius avis Arabie que multis annis vivere perhi-

7 luctum C 9 etc. om. B

PALIURUS 5 viola] mola ABD; naciso AB, nacisco D

PALMA 3 pansum] passum AD, pansum, pansu B 6 scilicet om. C 7
dat] dum C 8 connexum D 10 Post respectibus add. in textu A,
in marg. D: alii versus pando pati pateo passum fecere supino /
dicens expansum veniam peto nam sequor usum pandere pandus;
item] unde C 12 nutricis ACD; vel quod] vel quia C, vel AD
13 expansis B; enim] autem C 14 et om. C; decore AD 14-
15 diuturnisque] atque diuturnis C 16 dicunt ex eo B 17 que]
quod D

betur. Que dum in multis locis nascatur non in omnibus
fructus perficit maturitatem, frequenter autem in Egypto et
20 Syria» etc. Item Ysidorus (xvii, 7, 2), «Sola hec arbor vulgo
fulminari minime creditur». Item palma dicitur victoria quia
palma arbore victores coronabantur. Versus (*Grec.* x, 163),

Palma manus, palma victoria, palma sit arbor,
vel sic,

25 Arbor et extenta manus et victoria palma.

Hoc palmetum dicitur locus in quo crescunt palme.

PALMES, palmitis dicitur ramus vitis. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (5,9), «Palmes est vitis materia mollis qui
per novella brachia emissus fructum affert». Et dicitur a
palma propter fecunditatem. Item a palmite dicitur hic pam-
5 pinus de quo dicit Ysidorus in eodem (10), «Pampinus est
folium vitis cuius subsidio vitis a frigore et ardore defenditur
atque adversus omnem iniuriam munitur. Qui ideo alicubi
intercisis est, ut et solem ad maturitatem fructus admittat
et umbram faciat. Et dictus est pampinus quod a palmite
10 dependeat». Ovidius in iii Methamorphoseon (396-7),

Pars abit in vites et que modo fila fuerunt,
Palmite mutantur, de stamine pampinus exit.

PALMUS in mensuris agrorum «iiii digitos habet», sicut
dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (15,2). Sed Isaie xl c (12),
super illud locum «celos palmo ponderavit», dicit glosa,
«Pugillus est contractis digitis pugnus, palmus a pollice
5 usque ad minimum digitum extenta manus». Item super il-
lud Ezechielis xl (5) «calamus mensura vi cubitorum et
palmo», dicit glosa, «Qui rectius grece palestest, id est vi pars
cubiti». Et dicitur palmus a palma quasi mensura palme,
et a palmo hic palmulus diminutivum sicut a palma palmula,

26 in quo] ubi B

PALMES 2 que B 4 dicitur *om.* C 5 dicit *om.* A; pampinus *om.* D
6 subsidio] subdio C; vitis fructus A; et] vel A; ardore solis B
7 alicubi *om.* C 9 umbram] ymbrem B; est *om.* D
PALMUS 3 illum D 4 palmis AD

- 10 id est parva palma. Item, «Palmula est extrema latitudo remi vel gubernaculi qua mare impellitur». Ita dicit Ysidorus xix (2,7).

PALPARE dicitur tremere, moveri, salire, anhelare sicut qui animam trahit. Item palpare dicitur «adulari, blandiri vel manu contrectare sicut facit cecus». Unde «palpito, tas frequentativum», et hic palpo, palponis qui palpat vel adu-
5 lator. Ita dicit Hugutio (*s. v.* Palim). Et fere eadem verba scribuntur in Papia. Versus,

Palpat contrectat manibus, blanditur anhelat;
Palpat adulatur, salit ac tremit atque movetur.
Palpo manu tractans et palpo vocatur adulans.

- 10 Ovidius Methamorphoseon xiii a (46),

Agmen adulantum media procedit ab aula.

PALPEBRA est sinus oculorum a palpando, id est movendo, dicta. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,39), «Palpebre sunt sinus oculorum, a palpitatione dicte, quia semper moventur. Concurrunt enim invicem, ut assiduo
5 motu reficiant obtutum. Munite sunt autem vallo capillorum ut et apertis oculis si quid inciderit repellatur, et sompno cohibentibus tamquam involuti quiescant», etc.

PALUS, paludis dicitur «a Pale dea pastoralis eo quod palus paleam, id est pabula, iumentorum nutriat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (13,18). Palus, pali dicitur a palam quia in aperto figitur. Unde hic paxillus diminutivum.

PALLIUM derivatum est a palla. Vel dicitur «pallium a pel-

10 item *om.* A; palmula *om.* D 11 qua] quia C; xix *om.* BCD
PALPARE 1 sicut *iteravit* A 3 manum BC, *om.* A; unde] item C 4-5
adulatur A 7 Cf. *Walther*¹, no. 13592 9 palpo *primum*] palma B;
trextans C 10-11 Ovidius . . . aula *in marg.* D, *om.* B; iiii A; a
om. C

PALPEBRA 5 munite quoque sunt B; autem] a AD 7 convenientibus A

PALUS 1 pastoralis] pasto ab B 2 ita] item AD

PALLIUM 1 est *om.* C

libus, quasi pelleum, quia olim superindumenta pellicea veteres utebantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (24,1), et dicit quod «pallium est quo ministrantium scapule
5 conteguntur ut dum ministrant expediti discurrant». Vel dicitur pallium a palim, quod est motus, quia multum movetur inferius. Et communiter ponitur pro mantello.

PANGO, gis, panxi dicitur «canere, et caret supino», sicut ait Huguutio. Unde caveatur falsitas Doctrinalis ubi scribitur,

Cum cantum signat tunc panctum pango supinat.

5 Dicit enim Priscianus (x, 4?), abiciunt n euphonie causa que penultimo habent a vel i, ut frango fractum, pango pactum, tango tactum etc. Nullum autem ponit supinum huius verbi pango. Item pango, gis, pepigi idem est quod pacisci et tunc facit supinum pactum. Item pango, gis, pegi dicitur impel-
10 lere vel iungere, et tunc facit similiter supinum pactum. Versus (*Doctr.* 853-4),

Preteritum triplicat et sensum pango: pacisci
Dat pepigi, panxi cantare, repellere pegi.

Item secundum Huguitionem invenitur pango, gis, panxi
15 «pro palum figere et plantare». Et forte hoc accepit a Papia qui ait «pangit palum figit» plantat.

PANIS dicitur a pan, quod est totum eo «quod omni cibo apponatur vel quod omne animal eum appetat». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xx (2,15). Et ponit ibi multas species panis.

PANES PROPOSITIONIS vocabantur «xii panes azimi de simila, mundi valde, qui ponebantur super mensam, seni al-

2-3 veteres pallio utebantur C 4 quo *om.* C 5 ut] et A 6 quia] qui C

PANGO 2 ait] dicit BC 5 ambiunt B; enim n C 6 penultimam BD; ut *om.* D 7 autem] aliud ACD 8-10 item . . . pactum *om.* AD 9 item] unde C; dicitur *om.* D 9-10 implere A 10 supinum *om.* C
PANES PROPOSITIONIS 1-2 similia C 2 semi D

trinsecus, et constabant singuli de duabus decimis ephi,
 quas Iosephus duos assarios vocat. Et singulis superpone-
 5 batur patena aurea et super patenam pugillus thuris. Iose-
 phus dicit phialas aureas superpositas plenas thure. In dilu-
 culo Sabbati recentes et calidi panes imponebantur mense
 et erant ibi immoti usque ad Sabbatum sequens. Tunc, illis
 sublati et thure incenso, super altare novi cum alio thure
 10 substituebantur. Sublatos vero soli sacerdotes comedebant.
 Unde sacerdotales dicebantur, vel etiam ideo quia, ut ait
 Iosephus, dominus preceperat quod soli sacerdotes panes
 illos formarent et coquerent et ponerent in mensa et tolle-
 rent. Ipsi . . . tamen non observaverunt hoc. Dicebantur
 15 etiam panes propositionis quia propositi erant coram domino
 in memoriam sempiternam xii tribuum filiorum Israel, vel
 porro positi, id est longo tempore positi, scilicet per totam
 ebdomadam, vel in eternum per successionem ponendi».
 Iste expositiones ponuntur in Historiis (1171) super Exodi
 20 xxv (30).

PANIFICUS, ca, cum et hic et hec panifex in eodem sensu,
 scilicet qui facit panem. Et hoc panificium dicitur factio
 panis vel locus ubi fit panis. Et hec panificina similiter dici-
 tur locus ubi fit panis.

PHANUM expositum est supra in f littera et ibi incipit ab f.

PHANTASIA et phantasma exposita sunt supra in f littera.

PANNUS dicitur a pan, quod est totum, eo quod ab omni
 homine appetitur. Inde pannosus et pannicius, cia, cium, id
 est vilibus pannis indutus. Persius (4,21),

Dum ne deterius sapiat pannicia Baucis.

9 sublati] sabbatis C; et *om.* C 14 hec B 18 imponendi D
 19 iste] item AB

PANIFICUS 3-4 vel . . . panis *om.* A 3 hec *om.* C

PHANUM exponitur C; ibi *om.* C

PHANTASIA similiter exposita B

PANNUS 2 pannosus, sa, sum B; pannucius D 3-4 Persius . . . Baucis
om. B, in *marg.* D 4 ne dum A; raucis A

PAPAYER «herba est sompnifera de qua Virgilius,

Letheo perfusa papavera sompno.

Soporem enim languentibus facit. Et alia est usualis, alia
agrestis ex qua fluit succus quem opion appellant». Ita dicit
5 Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,31), et Papias addit pa-
paver silvaticum, id est agreste, cum aceto tritum et fronti
impositum sedat dolorem. Succus vero eius, si frontem ex
eo perungas, ei qui vigilias patitur sompnum cum sopore
adducit. Macer De viribus herbarum (1037-40; 1054-6),
10 ponit tres species papaveris dicens,

Dicunt vim gelidam siccamque papaveris esse.

Tres illi tribuunt species: flos unius albus,

Alterius roseus, rubeus pallensque minoris

Flos est; hanc vulgo dicunt agreste papaver.

15 Elixatura calida cuiuslibet harum,

Eger si foveat faciem, vel si bibat illam,

Optatum capiet, nisi mors sit proxima, sompnum.

PAPILIO, onis parvum est volatile quod gallice dicitur pa-
peillon. De quo dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (8,8),
«Papiliones avicule sunt que maxime abundant florentibus
malvis queque vermiculos ex stercore suo faciunt nasci».
5 Et addit Papias hee sunt «avicule que . . . lumine accenso
conveniunt et circa volitantes ab igne proxime interire co-
guntur». Item papilio dicitur tentorium et sumit nomen a
volatili eo quod ad modum papilionis volantis distenditur.

PAPIRIO, onis est locus in quo crescunt papiri. Hec papirus
dicitur quidam iuncus. Et dicitur papirus quasi parans pir,
id est ignem eo quod in cereis et lampadibus ponitur ad ar-
dendum. Et est feminini generis, quod patet per Lucanum
5 qui ait in iiiii (136),

PAPAYER 2 letheo] *in marg.* lento *adscript* A 8 pungas B 9 Macer
vero B 12 illi] isti C

PAPILIO 1 animal volatile A; pareillon D 2 in xii eth AD 6 proxi-
mo D

PAPIRIO 1 papiri id est iunci B 2 quedam D

Conseritur bibula Memphitis cimba papiro.

Vide versus supra ubi exponitur abissus.

PAPIRIUS, ria, rium dicitur ad papirum pertinens vel de papiro existens et papireus, ea, eum idem. Vide infra ubi vasa papirea exponuntur.

PAPULA, sicut dicit Ysidorus in quarto Ethimologiarum (8, 21), «est parvissima cutis erectio, circumscripta cum rubore; et ideo papula dicta est quasi papilla». Quid sit papilla invenies supra ubi exponitur mamma. Huguizio (s. v. Pupa) dicit quod est «carbunculus. Sunt enim papule minutissima
5 ulcera que nascuntur alicui in cute, et dolorem afferunt et scabiem et ardorem, et dicuntur a papo, papas, quia corro-
dunt carnem». «Papare pertinet ad pueros». Alii dicunt quod papula dicitur a pape, quod est interiectio admirantis, quan-
10 do enim quis primo videt papulam quasi admirans dicit
«quid hoc est?» vel consimile.

PARABOLA, sicut ait Donatus (III, 6), «est rerum genere dissimilium comparatio». Et dicitur a para, quod est iuxta, et bole, quod est sententia, quasi similitudo sive comparatio ex dissimilibus sumpta iuxta sententiam, ut cum semen po-
5 nitur pro Evangelio, leo pro Christo. Semen est verbum dei

6 bibule D; cimba D, cincta C 7 versus om. C; post abissus add. in textu AC, in marg. BD: memphis civitas egypti unde (vide B) hic et hec memphitis et hoc memphite (de quo dicit B: hoc non est de textu sed expositio)

PAPIRIUS 1 papirus, ra, rum B 2 papirio C; papireus] pariens D; idem om. C

PAPULA 3 est om. B 5 enim] autem B 7 scabilem C 9 interiectio] coniunctio AB; in marg. ad interiectio scribit D: pars orationis est vox littera significans mentis conceptum 11 Post consimile add. in textu A, post carbunculus (v. 5) in textu BC, in marg. D: (et est B) carbunculus quidam (om. CD) est sic dictus (sic dictus om. B) eo (om. BCD) quod (qui B) in ortu suo rubeus sit (est B, fit C) ut ignis (et B) postea niger ut carbo extinctus (et ideo dictus est carbuncu-
lus B) (verba sunt ysidori in iii eth ACD)

PARABOLA 4 similibus ABD 5 pro verbo dei in evangelio B

(*cf. Mr. 4,13 sqq.*); «vicit leo de tribu Iuda» (*Ap. 5,5*). Et quia metaphora, paradigma et parabola quandoque ponuntur pro similitudine nota differentiam. Quid sit parabola iam patet. «Metaphora», ut dicit Donatus (III, 6), «est rerum
 10 verborumque translatio». Expressius dicit Ysidorus in primo (37,2) *Ethimologiarum* ubi ait, «Metaphora est alicuius verbi usurpata translatio, sicut cum dicimus 'fluctuare segetes'» etc. Et dicitur a meta, quod est trans, et foras, quod est fere, quasi translatio a propria significatione ad impro-
 15 priam, ut auriga navis pro gubernatore. «Paradigma», sicut ait Donatus (III, 6), «est enarratio exempli hortantis aut deterrentis; hortantis ut» de Lazaro paupere qui portatus est in sinum Abrahe, terrentis ut de divite epulone qui sepultus est in inferno. Et dicitur paradigma a para, quod est iuxta,
 20 et digma, quod est dignitas vel nomen vel decus vel gloria quasi propositio exempli, vel «exemplum dicti vel facti alicuius aut ex simili aut ex dissimili genere conveniens ei», sicut dicit Ysidorus (I, 37,34), sed ista differentialis proprietas sepe confunditur a plerisque. Item Papias dicit «pa-
 25 rabole grece, latine proverbialia vocantur eo quod in ipsis sub comparativa similitudine figure verborum et imagines veritatis ostenduntur».

PARACLITUS, id est consolator, dicitur spiritus sanctus qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Item paraclitus, id est advocatus, dicitur filius qui interpellat pro nobis apud patrem. Et dicitur paraclitus a paraclisis grece, quod est
 5 consolatio vel advocatio latine.

PARADISUS «est locus in orientis partibus constitutus cuius vocabulum ex greco in latinum vertitur ortus. Porro hebraice Eden dicitur, quod in nostra lingua delicie interpre-

12 fructuate C 13 etc. om. C 15 gubernatore navis A 18 sinu ABD 20 vel alterum om. C 24 sepe om. C 26 figura A
 PARACLITUS 1 sanctus] scilicet C
 PARADISUS 1 orientibus AD; constitutus om. C

tatur. Quod utrumque iunctum facit ortum deliciarum. Est
 5 autem omni genere ligni et pomiferarum arborum consitus,
 habens etiam lignum vite. Non ibi frigus, non estus, sed
 perpetua aeris temperies. Ex cuius medio fons prorumpens
 totum nemus irrigat. Dividiturque in iiii nascentia flumina.
 Cuius loci post peccatum hominis aditus interclusus est,
 10 septus est enim undique rumphea flammea, id est muro
 igneo accinctus, ita ut eius cum celo pene iungatur incen-
 dium. Presidium quoque angelorum arcendis spiritibus malis
 super rumphee flagrantiam ordinatum est ut homines flam-
 me, angelos vero malos angeli submoveant ne cui carni vel
 15 spiritui transgressionis aditus paradisi pateat». Ita dicit
 Ysidorus Ethimologiarum xiv (3,2-4). Item in Historiis
 (1067) dicitur, «Eden hebraice, latine delicie. Ergo idem est
 dicere paradisum voluptatis quod paradisum in Eden, id est
 in deliciis. Sed a principio idem est quod ad orientem. Est
 20 enim locus amenissimus, longo terre et maris tractu a nostra
 habitabili secretus, adeo editus ut usque ad lunarem globum
 attingat. Unde et deluvii aque illuc non perveniunt. Est
 etiam paradisus celum empyreum. Et dicitur spiritualis quia
 regio spirituum est. Dicitur etiam spiritualiter paradisus
 25 vita beata vel ecclesia». Et dicitur paradisus quasi parans
 dei visum vel quasi paratis dans visum. Vide versus supra
 positos ubi exponitur abissus.

PARALISIS morbus est quo membra dissolvuntur. Et com-
 ponitur a para, quod est re, et lisis, quod est solutio, quasi
 resolutio, et inde paralyticus. Ita dicit Huguicio (*s. v. Lisis*).
 Secundum magistrum qui composuit Doctrinale componi-
 5 tur a para et lesio, et quamvis lesio primam sillabam habeat

8 dividuntque C; flumina nascentia ibidem B 11 iungantur C
 20 longo et terre A 21 habitali C; secretus id est divisus adeo
 editus id est altus C; ut] et C 23 etiam] autem B 26 vel . . . vi-
 sum *om.* C; paratis dans] paradans A

PARALISIS 1 paralisis B 2-3 quasi resolutio *om.* A 3 paralyticus et
 paralyticatus (paralitigatus C) BC 4 secundum autem B; qui
om. C; composuit] compilavit B

productam, tamen breviatur in composito. Unde hoc nomen paralisis penultimam habet correptam. Unde in Doctrinali (2110) scribitur,

Precedente para breviatur lesio longa,

10 sed prius dictum prevalet.

PARAPSIS, dis dicitur discus. Unde Iuvenalis (3,142),

quam multa magnaue parapside cenat?

Et dicit Ysidorus in xx (4,10) Ethimologiarum, «Parapsis est quadrangulum et quadrilaterum vas, id est paribus absidis», id est lateribus. Absida grecum est et interpretatur
5 lucida et dicitur sic latus edificiū eo quod lumine accepto per arcum resplendeat. Et hec absis, absidis idem est. Item absis dicitur principium exaltationis planete in suo circulo, scilicet illa pars circuli in qua incipit elevari. Vel absis di-
10 citur illa pars circuli in qua planeta adeo distat a sole quod amplius distare non potest. Dicitur ergo parapsis quasi pares habens absides, id est latera.

PARASCEVE «grece, latine preparatio. Sic dicebant feriam sextam quia in ea preparabant necessaria sabbato, sicut et in deserto duplex colligebatur manna». Ita dicit Magister in Historiis (1627) et preponit ibidem «Grecis ammixtis
5 Iudei contuebantur vocabulis». Quod autem quidam dicunt quod parasceve componitur a para, quod est iuxta, et cena, ne vel a paro, paras et cena, quasi iuxta cenam vel preparatio cene, acceptet qui voluerit; ego numquam assero grecum derivari a latino.

6 tamen] tam C 7 in iteravit C

PARAPSIS 1 dicitur *om.* AD 2 paraside D; ceneat C 4 est *primum om.* C; et *om.* C 9-10 incipit . . . qua *om.* B 10 adeo *om.* C; distat tamen a C 11 ergo] autem B 12 id est latera *om.* A

In *marg. fol.* 125 *add.* D: parco peperi vel parsi parsum parsu id est condonare non multum expendere a parco parsi parsimonia parsimonie id est abstinentia scilicet mensuram refectionis non excedere

PARASCEVE 4 ammixti B 8 assero] accepto B

PARDUS bestia est varia et velocissima, de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (2,10), «Pardus, secundum genus panthere, est varium atque velocissimum et preceps ad sanguinem. Salu enim ad mortem ruit». (8) «Panther autem dictus
5 est eo quod omnium animalium sit amicus excepto dracone, sive quia sui generis societate gaudet et ad eandem similitudinem quicquid accipit reddit. Pan enim grece omne dicitur. Et est bestia minutis orbiculis superpicta . . . Et semel omnino parturit, et hec est causa, nam postquam catuli in
10 utero matris coaluere et ad nascendum viribus pollent . . . vulvam tamquam obstantem partui unguibus lacerant . . . et ita corruptis et cicatricosis sedibus genitale semen infusum non erit acceptum sed irritum resilit. Nam dicit Plinius animalia cum acutis unguibus frequenter parere non
15 posse, vitiantur enim intrinsecus se moventibus catulis».

PAREO, res, rui dicitur obedire, patere, apparere. Et, sicut dicit Hugutio, pro obedire caret supino, pro apparere facit paritum, sed raro et «in hac significatione componitur appareo, res, rui, apparitum».

PARIO, paris, peperit, partum vel paritum dicitur partum facere vel labore acquirere. Unde partus, parta, partum, id est acquisitus, et hic partus, tus, tui, id est actus vel passio pariendi id quod paritur, et hic et hec parens pater vel mater. Parens etiam dicitur pro consanguineo vel affini. Unde
5 parentela, id est cognatio vel consanguinitas vel contribulitas. Antiquitus pario erat quarte coniugationis, modo autem tertie coniugationis est et facit supinum partum, tu, quod pro-

PARDUS 2 secundum om. B 3 velocissimum B; et om. B 4 enim] eius B; montem ABC 6 et] ut B; ad] secundum AD 7 reddat B; post reddit add. in textu A, in marg. CD: hic panther pantheris et hec panthera idem animal est; omen AC 10 et om. D; vescendum C 12 cicatrosis A 13 erat C 14 animalium B; cum] est B 15 viscerantur B; Post catulis add. in textu A, in marg. CD: coalo lis lui coalere dicitur crescere et invenitur coaleo les in eadem significatione unde coalesco cis inchoativum

PARIO 1 peperit parere partum B 4 pariendi vel id C; id quod paritur om. D 5 affine C 7-8 modo . . . est om. C

batur per parturio, turis et per partus, tus, tui. Item facit
 10 paritum, tu quod probatur per pariturus, paritura, rum.
 Composita vero ab eo omnia sunt quarte coniugationis et
 faciunt preteritum in ui et supinum in partum, ut aperio,
 operio. Excipiuntur comperio et repperio, que faciunt com-
 peri et repperi. Et omnia sunt activa preter experior, quod
 15 est commune, et operior, quod est deponens pro expectare.

PARIES «nuncupatus quia semper duo sunt pares vel a la-
 tere vel a fronte. Sive enim tetragonum sive exagonum sit,
 qui se conspiciunt ex pari erunt. Aliter enim structura facta
 deformis est». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (8,2).

PARIETINAS, ut ait Ysidorus Ethimologiarum xv (8,3), «di-
 cimus parietum ruinas, sunt enim parietes stantes sine tecto
 et sine habitantibus». Et declinatur hec parietina, ne penul-
 tima producta secundum regulam Prisciani de nominativis in
 5 na desinentibus (iv, 5). Unde Ezechielis xxxvi a (4) debet
 dici «desertis parietinis», ubi quidam male legunt «parie-
 tibus».

PARIUS, a, um a Paro insula dicitur. Unde marmor parium
 dicitur quod apud Paron invenitur et quia Paros abundat
 in marmore. Ideo parius quandoque dicitur marmoreus
 vel ad modum marmoris planus.

PARTICIPARE dicitur partem accipere, communicare. Et po-
 nuntur tales versus in Grecismo (xv, 28-30),

9 per *alterum om.* B; partus] partum C 12 ui divisas et C; in
alterum om. C

PARIES 1 nuncupatur AB 3 ex pari erunt] experierunt C; fractura C
 4 *Post xv add. in textu AC, in marg. D:* tetragonum dicitur qua-
 drangulum a tetras quod est iiii et gonos (gonos A, genos C) quod
 est angulus exagonum dicitur quod habet vi angulos ab hex (ex C)
 quod est sex et gonos (gonos A) etc. (*om.* CD)

PARIETINAS 3 huius ne A 4 in demonstrativis in a C 5 na] a B; un-
 de] ut B

PARIUS 2 quod] quia C 3 ideo] inde C 4 phanus C

PARRICIDA *inter parius et participare inseruit* C: parricida dicitur qui
 patrem occidit. Quere de hoc infra in patricida et in notula marginali.

Accusativo poteris nec non genitivo,

Quin ablativo iungere participo:

5 Participo rem re, participoque rei.

PARTURIO verbum est meditativum et formatur ab ultimo supino huius verbi pario «et quandoque ponitur pro suo primitivo» secundum Huguitionem (*s. v.* Pario).

PARTUS exponitur supra in expositione huius verbi pario.

PARVIPENDO, dis dicitur parum appretiari, contempnere, nullius ponderis vel valoris estimare. Et componitur a parvus, a, um et pendo, dis, quod exponitur inferius. Et nota quod parvipendo, vilipendo, floccipendo, naucipendo, ni-
5 chilipendo, unipendo idem significant.

PASCHE «vocabulum non grecum sed hebreum est. Nec a passione, quoniam paschim grece dicitur pati, sed a transitu hebreo verbo pascha appellatum est eo quod tunc ex Egypto populus dei transierit. Unde xiii Iohannis 'sciens
5 Iesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem'». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum vi (17,11). In Historiis (1614) super Evangelium dicitur sic, «Ambrosius dicit hoc nomen pascha grecum esse et sonare passionem, nomen vero hebreum phase sonare transitum. Augustinus
10 vero dicit hebreum esse non grecum et sonare transitum, oportune tamen concurrere in hoc nomine congruentiam utriusque lingue, qui enim patitur grece paschim dicitur. Unde passio pascha putatur, sed in sua lingua transitum sonat». Quare autem transitus dicatur hora illa exponitur in
15 Historiis (1154) super Exodi xii (11) ubi dicitur sic super illud «'est enim Phase (id est transitus) domini' dicta est nox illa transitus quia transivit angelus per Egyptum percutiens pri-

PARTUS in . . . verbi] ubi exponitur C

PARVIPENDO 4 naucipendo] mancipendo A 5 unipendo] vilipendo D

PASCHE 2 pascin AC, pachim D 5 ex] de C 6 patrem etc. C 7 dicitur *om.* A 8 dicit quod hoc C, dicit sic hoc D; esse] est C 11 concutere C; in hoc nomine *om.* B 15 xi ABD; super illud *om.* C 16 est *alterum*] autem C

mogenita ab homine usque ad pecus et transivit super tecta
 Hebreorum linita sanguine et quia aggressus est Israel iter
 20 transeundi ab Egypto». Item dicitur in Historiis (1614)
 super Evangelia «Pascha equivocum est ad tria, vespera
 enim in qua immolabatur agnus dicebatur Pascha.» Unde
 Matthei xxvi (2), «Scitis quia post biduum Pascha fiet»
 etc. Item Pascha dicitur agnus Matthei xxvi (17) «Ubi vis
 25 paremus tibi comedere Pascha?» Item Pascha dicebantur
 panes azimi. Unde Iohannis xviii f (28), «non introierunt in
 pretorium ut non contaminarentur, sed ut manducarent
 Pascha». Item dicit Magister in Historiis (1614) quod «de-
 clinatur Pascha, Pasche, vel Pascha, Paschatis». Sed Ysido-
 30 rus (VI, 17, 11) tamen dicit Pascha, Pasche, cui concordat
 communis usus ecclesie. Unde Ioannis xiii a (1), «Ante diem
 Pasche» etc. et in multis aliis locis. Illi qui dicunt hoc Pascha,
 tis credunt illud esse grecum. Vide supra ubi exponitur
 neomenia. Augustinus in sermone tertie ferie post Pascha
 35 (*Sermo* 168, *PL* 38-9, 2070), «dum sancti Pasche sol-
 lempnitatem colimus future resurrectionis speciem iam vi-
 demus».

PASTOFORIA «grece dicuntur thalami vel cubilia in quibus
 Levite excubabant in atriis domus domini, quorum comme-
 moratio fit in ultima visione Danielis prophete». Ita dicit
 glosa i Macchabeorum iv (38). In Historiis (1362) autem su-
 5 per iii librum Regum dicitur sic, «In porticibus laterum
 erant pastoforia, id est loca separata ad comedendum in
 quibus sacrificantes de partibus sacrificiorum que eos con-
 tingebant vescebantur coram domino. Quidam tamen vo-
 lunt quod ibi tantum venientes afforis de finibus Israel

18 texta A 19 lita C; quia *om.* C; egressus C 27 ut *om.* AD
 31 communis] omnis B 32-34 in . . . neomenia *post* videmus
 (v. 36-37) *transtulit* C 32 dicunt esse hoc C 33 huius tis A 34-
 36 Augustinus . . . videmus *in marg.* D

In marg. fol. 125^v add. D: pasco pascis id est dare pastum ut pastor
 pavit oves id est dedit pastum ovibus ponitur etiam quandoque
 pro depascere ut ovis pavit pastum id est depavit id est corrosit
 PASTOFORIA 5 libro A 9 a foris B

- 10 comedebant et ob hoc dici pastoforia», quia scilicet ibi pascuntur forenses. Magis credo Ieronimo qui dicit pastoforia grece, latine thalami dicuntur.

PASTORALIA dicuntur pastorum loca pascendis animalibus apta Amos 1(2).

PASTINO, nas dicitur colere, plantare, fodere, fimare. Et dicitur a pascio, cis vel a pastus, sicut dicit Huguitio (s. v. Pasco). Et proprie pertinet ad vineas plantandas. Versus,

Pastino quando fimo, vitem fodio, colo, planto.

- 5 Unde hoc pastinatum, id est vinea novella. Item pastinatum, sicut ait Ysidorus in fine Ethimologiarum (xx, 14,8), «vocant agricolae ferramentum bifurcum quo semina panguntur», id est plantantur. Et videtur velle quod pastinatum a pangendo, id est plantando, dicitur. Quidam dicunt pastinare idem quod paxillare, et tunc forte a pangendo diceretur.
- 10 Vide supra significationes pango. Item pastino componitur repastino. Unde repastinare dicuntur vinee veteres que refodiuntur.

PASSER dicitur a patiando libidinem quia libidinosa avis est. Vel dicitur a parvus, a, um quia parvus sit. Unde Ysidorus Ethimologiarum xii (7,68), «Passeres minuta volatilia a parvitate vocata». Item a passere dicitur passerinus, na, num ad

- 5 passerem pertinens et hic passerinus vel passerulus pro filio passeris.

PATER «est a quo initium nascitur generis. Itaque is paterfamilias vocatur. Pater autem dictus eo quod patratiōe peracta filium procreat. Patratiō enim est rei venerie con-

11 magis] magister C; magis autem B; qui dicit] dicenti B
 PASTINO 5 pastinatum *primum*] pastineatum D 9 quidam tamen C
 11 Post pango *add. in textu* B: item quidam dicunt quod pastinare est opus parvulorum facientium formulas de terra molli ad modum paste et tunc dicitur a pasta te de qua fit panis
 PASSER 3 pasceres C 5 vel passerulus *om.* B
 PATER 2 vocatur *om.* C 3 procreat] creat A, gignit B; venerie B, venere C

summatio». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (5,3). Sed
 5 Hugutio dicit quod «patir grece, pater latine» dicitur. «Quod
 autem dicitur pater quasi panthotir, id est servans omnia, a
 pan, quod est totum, et thotir, quod est servans, ethimolo-
 gia est. Dicitur autem pater multis modis»: natura, simili-
 tudine, etate, doctrina, reverentia vel dignitate. Unde Gre-
 10 cismus (ix, 1-3),

Est pater hic cura, pater est alius genitura,
 Hic pater etate, pater ille vocatur honore,
 At summum regem notat ipsa creatio patrem.

Item a pater dicitur patrisso, sas, id est imitari patrem,
 15 sicut a mater matrisso.

PATERFAMILIAS «dictus eo quod omnibus in familia sua
 positis servis, tamquam pater filiis, paterna dilectione consulit
 servorumque conditionem a filiorum affectu non discernit,
 sed quasi unum membrum amplectitur. Qui autem inique
 5 dominantur in servis hoc se nomine nequaquam reputent
 appellari» (*Isid. Etym.* ix, 5,7). Unde autem hoc nomen com-
 ponitur et quomodo accentuetur invenies supra ubi expo-
 nitur materfamilias.

4 ix] x A, xi B 5 dicitur *om.* AD 6 dicitur *om.* C; patothir B
 7 totir C, tothir D 11 hic] est B 15 matrisso sas D

In marg. fol. 126^v add. D: patere id est aperiri manifestari manifestum
 esse vel diffundi unde patens et comparatur unde patenter et
 hec patentia item a pateo patulus la lum diffusus patens sed proprie
 patulum est quod semper patet ut auris naris nasus sed patens quod
 ad horam patet ad horam non patet ut oculus et componitur
 perpatulus la lum et propatulus la lum id est valde patulus et
 apertus item a pateo hec patina id est sartago vel scutella quia sit
 patens unde hec patella et patinula diminutiva item a pateo hec
 patera patere magnus et patens ciffus patens id est operculum
 calicis quia patens sit et diffusa idem patenula diminutivum item
 a pateo hic passus quia pateat in itinere unde passutus ta tum quia
 habeat magnos passus item a pateo passus sa sum nomen est et
 participium id est expassus extensus patens item a pateo passim
 id est undique vel communiter et indifferenter

PATERFAMILIAS 2 paterna] patria D 4 sed] scilicet C; qui] quia B;
 iniqui B 5 nequam A 6 nomen *om.* B

PATRARE dicitur «facere vel proficere, admittere vel committere, generare». Ita dicit Hugutio (*s. v. Patyr*). Dicit tamen superius quod patrare est «opus venerium consummare», ut ibi,

5 Quid facis o latro, ne sim pater in mare patro.

Ista fuit maledicti responsio maledicta. Invenitur autem pro facere in Thobia (*Matth. Vindocin. PL 205,938*) ubi dicitur,

 Patrat amore patris superi que dictat honestas etc.

10 Et inde patratus, id est peractus, invenitur Genesis xxxiiii g (30). Patro componitur impetro, tras, id est exorare, quod petitur optinere. Perpetro, tras, id est peragere et proprio in malo, repatro, tras, id est iterum patrare.

PATRIARCHA interpretatur princeps patrum. Et componitur a pater et archos, quod est princeps.

PATRIMONIUM dicitur hereditas patris.

PATRICIDA dicitur qui vel que patrem occidit. Et componitur a pater, tris et cedo, dis, cecidi, dere, cesum, su, quod est verberare vel incidere.

In marg. fol. 126^v add. D: paticus ca cum sodomita inhonesta et turpia patiens

PATRARE 3 superius] servius BD, serius C; venereum BC 3-4 consummare in mare id est in masculo B, *in marg. D* 5 Cf. *Walther*², no. 25027; *post* patro *add. in textu* A: id est in masculo 6 fuit] sunt B 9 que] quem A, qui B; honestas legis AB 13 perpatrare B

PATRICIDA 1 qui] ille B, ille qui C; que] illa B 2 dis *om. C*; su *om. C* 3 *Post* incidere *in textu add. C:* hugutio capitulo pario .c. parens componitur hic et hec parenticida de qui parentem occidit unde hoc parenticidium et a parenticida de abiciuntur e et n et t mutatur in r et dicitur parricida de vel componitur a patre vel a pari vel a patria scilicet qui occidit patrem vel parem vel patriam perdidit papias parricida proprie dicitur qui patrem occidit quem quidam veteres parenticidam dixerunt quoniam parricidium in quocumque intelligi possit cum sint homines hominibus pares idem parricida pro parenticida componitur a parente et cedo verbo vel ex patre vel ex pari addito r

PATRONUS dicitur defensor qui affectu paterno alios defendit. Et inde patrocinator, aris defendere. Et construitur cum dativo. Et hoc patrocinium protectio, defensio.

PATRUELIS et patruus exposita sunt supra ubi exponitur frater.

PAULISPER, id est parum vel modicum. Et componitur, ut dicit Hugutio (*s. v. Paulus*), a paulis et per. Paulis est ablativus pluralis huius nominis paulus, la, lum, quod est parum vel modicum.

PAULOANTE et paulopost aliquibus videntur dictiones compositae. Hugutioni (*s. v. Paulus*) autem videtur potius quod utrobique sint due posite pro una.

PAULO ET PAULUM, licet sint nomina, ponuntur tamen adverbialiter.

PAULOMINUS potest esse dictio composita a paulo et minus ut fiat accentus in antepenultima sillaba. Et tunc est adverbium remissivum et ponitur pro fere. Unde in Psalmo (118, 87), «Paulominus consummaverunt me in terra». Et «quandoque sunt due partes et sub duobus accentibus debent pronuntiari. Unde paulo minus minoratus est ab angelis». Ita dicit Hugutio (*s. v. Paulus*) et concordat cum Grecismo (xx, 140-1) ubi dicitur,

Si paulo minus est oratio comparat ipsa
10 Significatque fere tibi pars paulominus una.

Comparat, id est comparisonem significat, quasi diceret

PATRONUS 2 id est defendere A 3 protectio vel defensio B, protectio et defensio D

PATRUELIS 2 frater p AD

PAULISPER 3-4 parum BC

PAULOANTE 2 potius *om.* C 3 posite] dictiones C, partes posite D

PAULOMINUS 4 consum C; me *om.* D 6 angelis etc. B 10 significat quod B; tibi] ter AD 11-13 comparat . . . dictio *in marg.* D

quando componitur comparative tunc est oratio, quando ponitur pro fere tunc est dictio.

PAULULUS, la, lum et pauxillus, la, lum ambo sunt diminutiva huius nominis paulus, la, lum de quo superius dictum est. Unde paululum et pauxillum, id est aliquantulum.

PAVIMENTUM dicitur «elaboratum solum» ecclesie vel vici. Et dicitur a pavio, vis, pavivi, pavire, quod est «ferire, percutere, cedere . . . quia pavimentum semper pedibus feritur vel quia de lapidibus cesis fit. Unde . . . pavimento, tas dicitur pavementum facere vel pavimento ornare». Ita dicit Hugutio (*s. v. Pavio*).

PAVO, onis nomen de sono vocis habet. Cuius caro, ut refert Beatus Augustinus xix (xx,7) De civitate dei, tam dura est ut vix putredinem sentiat nec facile coquatur quia, inquit, cum incredibile videretur, evenit ut apud Kartaginem nobis apponeretur cocta hec avis. De cuius pectore pulparum quantum visum est decerptum servari iussimus, et post tantum spatium dierum quo alia quecumque caro cocta putresceret prolatum atque oblatum nichil nostrum offendit olfactum. Itemque repositum post dies amplius quam xxxi quod erat inventum est idem, et post annum, nisi quia aliquantulum corpulentie siccioris et contractioris fuerit. Quod autem dicitur pavo quasi pavorem vehens ore ethimologia est, habet

12 quando vero B

PAULULUS 1 et] id est ABD; paxillus B 2-3 de . . . pauxillum *om.* C 3 paxillum B

PAVIMENTUM 1 ecclesie aule camere vel B

PAVO 4 incredibile hoc videretur B; videtur D; ut *om.* AB; vobis D 6 deceptum A 7 cocta *om.* C; putruisset B 8 olfactum B 10 idem et] itemque C 11 sinccioris D; *post fuerit add. in textu ABC, in marg.* D: (nota B) pulpa pulpe dicitur caro sine pinguedine sicut est (*om.* B) tumida et grossa caro que est in brachiis et cruribus et dicitur a palpo palpas quia palpitat et resilit et quia talis caro suavis est et delectabilis (ideo B) quandoque ponitur pro adulatione

enim horribilem vocem et sepe pavorem incutit audienti.
Unde versus,

- 15 Voce Sathan, pennaque cherub, cervice draconem,
 Furtivo gressu designat pavo latronem.

Et nota quod ii Paralipomenon ix f (21) invenitur hic pavus in eadem significatione. Unde hec pava dicitur femina.

PAUPER dicitur quasi parum potens vel quasi parum parans vel parum imperans, sicut parvus dicitur parum valens. Nota versus supra positos ubi exponitur mendicus.

PAXILLUS dicitur parvus palus. Diminutivum est a palus, pali.

- PECTUS, a quo pectusculum diminutivum, dicitur a pecto, pectis, pexui vel pexi, pectere, pexum, pexu, quod est pectinare vel pectine ornare. Asper etiam posuit pectui in preterito sed modo non est in usu. Et dicitur pectus a pectendo
5 quia mulieres in pectore sibi solent pectere capillos. Vel dicitur a plecto, tis, plexi quod est punire, verberare, flectere vel aliquid virgis componere eo quod sit plexum inter eminentes mamillarum partes. Quod autem dicitur pectus quasi peccati torus, ethimologia est. Unde hic et hec pectoralis et
10 hoc pectorale ad pectus pertinens. Et hoc pectorale dicitur zona circa pectus sicut habent equi. Item a pecto, tis hic pecten, scilicet instrumentum pectendi vel texendi, plectrum cithare, inferior pubes viri vel mulieris, rastrum, quidam piscis qui plais gallice appellatur, agmen vel chorea. Unde
15 versus (*Grec.* IX, 333-4),

14 unde *om.* C, unde versus *om.* B 15-16 *Cf. Werner*, p. 77
16 gressu] gradu C; pavo] paulo D 18 dicitur femella vel femina B

PAUPER 1 dicitur *om.* D 2 vel parum] vel quasi parum C
PECTUS 3 asper] prosper BC 4 plectendo B 5 plectere B; capillos] crines B 8 autem *om.* B 10 ad . . . pectorale *om.* C 11 tis *om.* BD
13 vel] et D; rastrum] instrumentum D 14 plalet A, phalet C; appellatur] vocatur B

Pecten agit telas, lendes trahit, os subit, aures
Mulcet et est pubes pecten et ordo simul.

De primo dicitur in vi (58) *Methamorphoseon*,

Percussi feriunt insecti pectine dentes.

20 De secundo dicitur in iii (311) eiusdem,

Sepe cithariaco deducit pectine crines.

De tertio Oratius (*Serm.* II, 4,34),

Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.

De quarto dicitur in Theodolo (341),

25 Traicius vates commovit pectine manes.

De quinto Iuvenalis (6,370),

Inguina traduntur medicis cum pectine nigro.

Pro chorea ponitur in Statio (*Achill.* I,833) ubi dicitur,

Pectine amazonio quo concitat orbe Lacenas.

30 Pro rastro ponit Ovidius (*R. Am.* 191) dicens,

raro pectine verrit humum.

*Pecuniam non
c'è nelle
mit (conco)*

PECULIUM dicitur «pecunia de pecudibus habita», et dicitur a pecus, pecudis vel a pecunia. «Vel verius», ut dicit Hugutio (*s. v.* Pasco), «peculium est parvus census extra matrimonium positus in potestate filii vel servi. Super peculium non habet potestatem paterfamilias, sed tamen ille cuius est, et adeo proprium est peculium quod licet filio facere de eo quicquid vult preter voluntatem patris . . . Unde hic et hec peculiaris et hoc peculiare ad peculium pertinens vel proprius vel privatus vel familiaris». Vide infra pro-
10 ximo.

16 subdit C 19 inserti ABC 20 eiusdem] eius C 21 cithariaco D
25 tertius B 27 medicis] medius C 29 amazonio A, amoronio D
31 verrit] iunxit C

PECULIUM 1 peccuniam B 5 potestatem] potestate A, pectore C 6
quod] quia AD 9 vel privatus om. B

PECUNIA quasi pecudia a pecudibus dicitur quia olim «de corio pecudum nummi incidebantur et signabantur . . . vel quia omne patrimonium dicebatur apud antiquos peculium a pecudibus in quibus constabat universa eorum substantia.

5 Unde et pecuarius vocabatur qui erat dives, modo vero pecuniosus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (18,3-4).

PECUS, dis femininum est, pecus, coris neutrum. Antiqui etiam dicebant hoc pecu, unde et hec pecua, pecuum in plurali dicebant. Ita dicit Priscianus (vi, 86). Pecus autem, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xii (1,5-6), «dicimus omne
5 quod humana lingua et effigie caret. Proprie autem pecorum nomen hiis animalibus accommodari solet que sunt ad vescendum apta, ut oves et sues, aut in usum hominum commoda, ut equi et boves. Differt autem inter pecora et pecudes, nam veteres communiter omnia animalia pecora dixe-
10 runt, pecudes autem tantum illa que eduntur, quasi pecuedes. Generaliter autem pecus a pascendo vocatur». Secundum modernos vero pecora dicuntur maiora animalia, ut boves, equi, asini, pecudes minora, ut oves, capre et porci.

PEDAGOGUS dicitur ille qui puerum studentem sequitur et cui parvulus assignatur. Et dicitur a pedos, quod est puer, et gogos, quod est ductio, vel a pedos et ago, agis eo quod agit et ducit puerum et lascivientem refrenat etatem. Unde
5 hoc pedagogium dicitur magisterium vel officium pedagogi circa puerum vel locus ubi puer eruditur a pedagogo.

PEDALIS dicitur ad pedem pertinens vel mensuram pedis habens, et in hac significatione ponitur Ieremie li b (13) ubi dicitur, «venit finis tuus pedalis precisionis tue», quasi di-

PECUNIA 2 significabantur A, figurabantur C 4 in] vel AD 5 pecuarius] peculiaris D; vero *om.* C

PECUS 7 usus D 10-11 pecudes A 12 vero] ut D 13 pecudes vero minora C

PEDAGOGUS 3 pedos] podos C 4 lascivientem C 6 pedagoge C

PEDALIS 1 pedem] pedes B

ceret ita «precidetur regnum tuum quod nec passus pedis
5 de terra remanebit tibi». Et declinatur hic et hec pedalis et
hoc pedale. Et componitur semipedalis, bipedalis. Unde
Oratius in Sermonibus (II, 3,309),

Ad summum totus moduli bipedalis, et idem etc.

PEDES, peditis a pede dicitur vir sive mulier pedibus am-
bulans, pedibus pro equo utens. Hic caveatur quorundam
abusus qui dicunt «nos ibimus pedes, nos venimus pedes»
cum deberent dicere «nos ibimus pedites, nos venimus pe-
5 dites».

PEDESTER idem est quod pedes vel pedibus ambulans. Et
declinatur hic pedester, hec pedestris, hoc pedestre. Versus,

Campester, celeber, alacerque saluber, equester,
Silvester, volucer, acerque celerque pedester.
5 Hiis in bis quinque tenet hic er et hec is et hoc e.
Sicque sequester erit iunctumque paluster habebit.

Inveniuntur tamen predicta nomina aliter declinata ut di-
catur hic et hec campestris et hoc campestre et sic de aliis,
sicut patet per exempla Prisciani (VI, 41). Sequester tamen
raro invenitur tertie declinationis (VI, 32), sicut dicitur infra
5 ubi exponitur. Et similiter paluster raro invenitur, licet in
Prisciano scribatur (IV, 18), sed communiter dicitur hic et
hec palustris et hoc palustre.

PEDICA, quasi pedem capiens, dicitur catena vel vinculum
pedum, sicut manica manuum. Item pedica est quoddam
instrumentum quod absconditur in terra ad capienda anima-
lia per pedes. Unde Ovidius in xv Methamorphoseon circa
5 medium (473-4),

5 de terra *om.* C 8 totus] motus C; et idem *om.* C
PEDES 3 pedes *primum*] bipedes D: nos venimus pedes *om.* C
PEDESTER 2 versus *om.* A 3-6 *Cf. Doctr.* 583-7 3 saluber] pedester B
4 acerque] alacerque D; pedester] saluber B 5 is *om.* D 7 no-
mina] nominata B
PEDICA 3 capiendum C

Retia cum pedicis laqueosque artesque dolosas
Tollite! nec volucrem viscata fallite virga.

PEDISSEQUUS, a, um, quasi pedes sequens, dicitur famulus vel famula qui vel que sequitur pedes domini vel domine. Pedissequus vel pedissequa dicitur et scribitur ultima sillaba per q non per c. Si enim scriberetur per c diceretur pedisse-
5 cus quasi pedes secans et a seco, secas et non a sequor sequeris componeretur. In omnibus antiquis et correctis bibliis scribitur per q iii Regum xx c (14) et Hester ii c (9).

PEIERO, ras dicitur periurare, periuriam committere et componitur a per et iuro, iuras sed subtracta r et mutata u in e correptam. Dicitur peiero pro periuro, sicut supra dictum est ubi exponitur deiero. Quidam dicunt quod peierare est
5 facere contra assertionem simplicis verbi, periurare autem contra prestitum iuramentum. Unde Grecismus (xv, 31-3),

Peierat affirmans sed periurat sacra frangens,
Abiurat patriam numquam rediturus ad illam,
Adiurat vel coniurat querens dubium quid.

PELEX, pelicis dicitur concubina a pelliciendo, id est decipi-
piendo, dicta eo quod pelliciat, id est decipiat lecatorem et subtrahitur ibi unum l, unde per simplex l scribitur pelex. Unde et pelicatus, tus, tui, id est concubinatus, scilicet pec-
5 catum cum pelice. Vel dicitur pelex a pello, pellis quia adveniente legitima uxore pellitur a domo vel quia propter eam uxor pellitur. Ita dicit Hugutio (s. v. Liceo).

PELLICANUS est «avis Egyptia, habitans in solitudine Nili fluminis, unde et nomen assumpsit, nam Canopus Egyptus

6 retia] bestia C; pedibus ABC; laqueos D
PEDISSEQUUS 3 sillaba om. C 5 pedem C; et a] et ita a B; et alterum
om. D 7 et in hester C
PEIERO 1 dicitur] id est C 2 et alterum om. D 3 peiero peieras pro
periuro ras B 4 quidam autem B, quidam tamen C
PELEX 3 unde . . . simplex l om. C; et scribitur C 4 et] hic BC, om. D
5 vel] unde C 6 a] de BC
PELLICANUS 2 sumpsit B

dicitur. Fertur autem, si verum sit, occidere filios suos eosque per triduum lugere, deinde se ipsam vulnerare et aspersione
 5 sui sanguinis vivificare pullos suos». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,26). Secundum Papiam pellicanus est avis parva que solitudine delectatur. Est et aliud pellicanorum genus in Nilo pene cignis simile nisi quia paulo maiores sunt, quos quidam onocrotalos vocant. Item pellicanorum duo ge-
 10 nera dicuntur: unum in aquis est et esca eius pisces sunt, et unum in solitudine et esca eius venenata animalia, hoc est serpentes et cocodrilli et lacerte. Et dicit Hugutio (*s. v. Canabus*) quod secundum quod dicitur a Canopus, Canopi, quod est Egyptus, corripit penultimam. Vel componitur a
 15 pelle et canus, a, um eo quod canam habeat pellem. Et tunc producit penultimam. Credo quod communis usus ecclesie gallicane eam semper corripit.

PELLICIO, pellicis, pellexi vel pellicui, cere, lectum vel licitum dicitur decipere. Unde pelliciens participium, id est decipiens. Et pellax, cis idem est quod fallax, omnis generis. Unde pellaciter, id est fallaciter vel fraudulententer et hec pel-
 5 lacia, id est fraudulentia vel fallacia. Componitur autem pellicio a per et licio, cis, cui vel lexi, licitum vel lectum, quod est trahere sed non est in usu. Ita dicit Hugutio. Secundum Priscianum (x, 3) composita a licio tantum in xi faciunt preteritum preter elicio, elicui, elicutum, ne si elexi
 10 diceremus necessario participium electus fieret et esset dubitatio significationis, licet antiqui pellicui et allicui dixerint.

3 filios] pullos B 4 ipsum C; conspersione C 6 *Post* secundum *add. in textu* C: hoc dicitur pellicanus quasi pellicavus a pello et cavo as quia si cavat id est perforat pellem suam ut sanguinem effundat et secundum hoc semper corripit hanc sillabam ca secundum 7 que *om.* A; in solitudine AD; delectatus AB; et] autem C 9 idem ACD 12 codroli D 13 a *om.* AD 14-15 Vel... pellem *om.* C

PELLICIO 3 est *om.* C 4 pelliciter B, pellicaciter C 8 exi ABD 9 elicui] elicui D; elixi] elixi ACD 10 diceretur C 11 pelliciti et alliciti C; dixerunt B; *post* dixerint *add. in textu* AC, *in marg.* D: elicere idem est quod extrahere educere extra vocare

PELLIS, id est cutis, dicitur a pellendo quia pellit corporis iniurias ipsum exterius tegendo.

PELTA a pellendo dicitur, scilicet «scutum brevissimum in modum medie lune». Ita dicit Ysidorus *Ethimologiarum* xviii (12,4). Vide versus differentiales supra positos ubi exponitur clipeus.

PELVIS dicitur quasi pedum lavandorum vas.

PENETRALE, lis et hoc penetral, penetralis dicitur «secreta camera, secretus, id est interior, locus in domo vel in templo ubi dabantur oracula . . . Et ponitur quandoque pro domo». Ita dicit Hugutio (*s. v.* Pene). Et dicitur penetrale vel penetral a penetrando. Ysidorus autem *Ethimologiarum* xv (4,4) sic ait, «Penetralia secreta sunt oraculorum; et penetralia dicta sunt ab eo quod est penitus, hoc est pene intus». Quod dicatur hoc penetrale, multa occurrunt exempla. Unde Lucanus in secundo (127-8),

10 Ante ipsum penetrale dee semperque calentes
 Mactavere focos.

Idem in v (146),

Impulit. Illa pavens aditi penetrale remoti.

Ovidius in primo *Methamorphoseon* (287),

15 Tectaque cumque suis rapiunt penetralia sacris.

PELLIS 2 protegendo B

In marg. fol. 128^v add. D: pene adverbium remissivum id est fere unde penitus ta penitum id est secretus interior intimus unde et dicitur penitus quasi pene intus vel potius quasi pan intus id est totus intus et comparatur unde penite peniterius penitissime et hii penates tium domus interiores proprie vel domestici et privati dii domibus presidentes quos antiqui in domibus colebant et eorum ymagines in domibus habebant unde et dicti penates quasi penes nos nati et est ethimologia item a penitus penetro penetras quasi pertransire vel perforare

PENETRALE 1 penetral id est penetralis D 2 id est] et D, *om.* BC 5 xv] xvi B 7 penitus et hoc BD 10 canentes B 12 v] vi D 15 testaque C; cumque] cum D

Idem xi (593),

Mons cavus ignavi domus et penetralia sompni.

Et in dativo et ablativo pluralibus facit penetralibus non penetrabilibus. Unde Virgilius Eneidos vi a (VII, 59),

20 Laurus erat tecti medio in penetralibus altis.

Unde patet quod in Psalmo (104,30) debet dici «in penetralibus regum ipsorum» non «in penetrabilibus» ut quidam dicunt et male. Et similiter Amos iii d (9) et vi f (10) et Matthaei xxiii d (26) debet legi penetralibus. Et nota quod a

25 penetro, tras dicitur hic et hec penetrabilis et hoc penetrabile et hic et hec penetralis et hoc penetrale. Et, sicut dicit Hugutio (s. v. Pene), penetrabile est quod penetrat vel quod aptum est penetrare. Penetrale autem quod penetratur vel aptum est penetrari. Tamen quandoque ponitur unum pro
30 reliquo. Vide supra ubi exponitur docilis.

PENITENTIA dicitur «quasi punitentia eo quod homo in se punit quod male admisit». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum vi g (19,71). Vel dicitur a peniteo, tes. Quod autem dicitur penitentia quasi pena tenax ethimologia est.

PENITEO, tes, tui dicitur a pena «quia», sicut ait Hugutio (s. v. Pena), pena «agit ut peniteamus. Unde penitere dicitur quasi penam tenere et est ethimologia. Et construitur peniteo cum genitivo, ut peniteo peccati . . . Et hoc utimur, sed
5 impersonali raro utimur nisi in divina pagina», cuius constructio patet per hos versus (*Grec.* XVI, 31-2),

18 fecit B 22 reguum C; ipsorum et non C 25-26 et hec . . . penetrale *om.* C 27 quod *alterum om.* D 28 aptum natum est BC; penetrare] penetrari D 28-29 penetrale . . . penetrari *om.* D 29 aptum natum est BC 30 reliquo] alio B; vide ergo supra B

In marg. fol. 129 add. D: hic penis nis priapus virile membrum dicitur a pendeo pendes quia pendeat et suspensus feratur unde penis dictus est a penetro penetras quod eius officium est contra iacturam humani generis item a pendeo hec penis penis id est cauda equina quia pendeat et feratur suspensa

PENITENTIA 1 punitentia O 3 dicitur *om.* C

PENITEO 1 tui penitere B

Penitet et tedet, miseret, pudet et piget, ista
Accusativis iunguntur cum genitivis,

ut penitet me peccati. Penitemini antiqua est grammatica.
10 Forte antiqui dicebant peniteor, peniteris. Penitudo idem
est quod penitentia.

PENNA a pendendo dicitur quia auxilio pennarum aves vo-
lant et in aere pendent.

PENTACONTARCHUS appellatur princeps super quinquaginta
et dicitur a pentacon, quod est 1, et archos, quod est princeps.
In multis libris falso exponitur in glosa i Machabeorum iii g
(55), sed hec est vera expositio et credo quod glosa vitio
5 scriptorum in multis libris corrupta sit. Vide versus infra
positos ubi exponitur tribunus.

PENTAPOLIS, sicut scribitur in Papia, regio est in confinio
Arabie et Palestine sita, dicta a quinque civitatibus impio-
rum que celesti igne consumpte sunt, id est Sodoma, Go-
morra, Adama, Seboim et Bale. Ipsa est Segor terra, amplius
5 ab Ierosolimis, olim uberrima, nunc autem deserta atque
exusta nam pro scelere incolarum de celo descendit ignis qui
regionem illam in cinerem dissolvit cuius umbra quedam et
species in favillis et in arboribus ipsis etiam adhuc videtur.
Nascuntur enim poma virentia sub tanta specie viriditatis

10 quia antiqui forte B

In marg. fol. 129 add. D: hic et hec pensilis et hoc pensile id est levis
dicitur a pendeo unde pensiliter id est leviter et pensilitas id est levi-
tas perpensilis id est valde levis hoc pensum id est deliberatio con-
gregatio concilium quia dum aliquid deliberamus pendemus et in
pendulo et dubio sumus hinc penso pensas id est cogitare delibe-
rare vel ponderare

PENTACONTARCHUS 2 est *alterum om.* C; *post princeps add. in textu* B:
et tunc est simplicis figure 3 multis autem B 4 vitiorum B 5 li-
bris] locis B

PENTAPOLIS 2-3 impiorum *om.* C 3 igne et sulphure sunt consumpte
B; id est] ut B; Sodoma et C 4 Adama *om.* C; Sobim C 5 ab]
a B; autem] est C 6 qui] que C 9 enim in illis arboribus poma
B; sub] cum B

- 10 ut edendi desiderium gignant ac resolvuntur in cinerem
fumumque exhalant quasi adhuc ardeant.

PENTECOSTE supra exponitur ubi exponitur neomenia cum aliis festivitibus legalibus. Et dicitur pentecoste a penta, quod est quinque, et coste, quod est decem, quasi quinquies decem, id est quinquaginta quia quinquaginta dies sunt inter
5 Pascha et Pentecosten, utroque tamen die incluso. Et nota quod declinatur hic pentecoste, huius tes. Invenitur etiam hoc pentecosten indeclinabile.

- PENULA, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (24,14), «pallium est cum fimbriis longis». Glosa autem ii Timothei
iiii (13) dicit sic, «penula vestis erat consularis qua indu-
bantur consules ingredienti curiam». De qua si queritur
5 unde Paulo acciderit, respondeo «Romanos hanc habuisse consuetudinem quando monarchiam totius mundi sibi ac-
quirebant ut, quaecumque gentes cum pace et coronis eis occurrissent, darent eis libertatem in tantum ut fratres eo-
rum dicerentur civesque Romani appellarentur. Dabantque
10 potestatem edificandi curiam et habendi consules, sicut et ipsi habebant. Pater igitur Pauli de Giscalo, oppido Iude,
ubi natus fuerat translatus est in Tarsum Cilicie. Quodam autem tempore, venientibus Romanis per Ciliciam, occurrit
eis ipse cum aliis Tarsensibus utpote nobilis, exceperuntque
15 eos cum pace. Tunc Romani concesserunt eis predicta ibique pater Pauli penulam accepit, post cuius mortem, ob recorda-
tionem eius, hanc vestem sibi Paulus retinuit». Vel penula dicitur hoc volumen legis. Unde Ieronimus (*Gloss. Ord.* II
Tm. 4,13) ait «volumen hebreum replico quod Paulus iuxta
20 quosdam penulam vocat». Versus (*Brito Metricus* 1558, 1561),

PENTECOSTE I exponitur *alterum om.* B; noemenia D 3-4 quasi quinquies decem *om.* D 6 hic] hoc B

PENULA *Praeposuit in textu B, post longis (v. 2) C, in marg.* AD: (item C) penula dicitur vilis capa quasi (vilis vel A) pene nulla (ulla A) unde (*om.* AD) iuvenalis in primo (5, 79) iupiter et multo stillaret penula nimbo (limbo A) 5 acciderit] contigerit B 9 Romani] Romam C 16 cuius] eius C

Est Aimō testis quod fertur penula vestis.
Ieronimus fatur quod sic liber intitulatur.

Secundum quod ponitur pro veste, dicitur a pendeo, des
quasi pendula quia longe fimbrie ab ea dependent. Vel dici-
25 tur a Penis quia Peni populi ea maxime utuntur et forte
eam primo invenerunt.

PENURIA dicitur «inopia, egestas, paupertas et proprie que
est in penore», id est in cellario, sicut enim dicit Huguītio
(s. v. Peno), «peno grece, latine dicitur nutrio. Unde hic
penus, peni et hec penus, peni et hic penus, penus, penui et
5 hec penus, nus, nui et hoc penum, peni et hoc penu indecli-
nabile et hoc penus, penoris, omnia in eodem sensu scilicet
cellarium quia in eo reponuntur ea quibus homines nutriun-
tur». Unde penuria dicitur a penu secundum Huguītionem,
quod non videtur esse verum quia penus semper corripit
10 primam sillabam. Unde Virgilius Eneidos i g (704),

Cura penum struere et flammis adolere penates.

Penuria autem semper eam producit. Unde Virgilius Enei-
dos vi a (VII, 112-13),

15 Consumptis hic forte aliis ut vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi.

Unde melius dicitur penuria quam penurgia a pena et urgeo,
es vel a pena et uro, uris quasi pena urgens vel urens.

PEPO, onis «idem est quod melo, melonis». Ita dicit Hu-
guītio. Et est grecum, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum
xvii (10,16). Unde et Papias ait pepo grecum est, unde et
origo eius Latinis incerta est. Est autem nature nimium
5 frigidioris. Difficile autem digeritur propter naturalem ri-
gorem. Ideo autem a nonnullis cum aceto consumitur, et,

21 quod] quis A 23 secundum] vel AD 25 populi sunt A
PENURIA 1 que om. D 5 hec penus nus nui et om. C 11 cura] circa
AC; statuere C 12 unde om. B 15 exigua A; degit A 16 quam]
quasi C
PEPO 3 xviii D 6 autem om. B; a om. AD

cum aliquid calidi aut cepe aut pulegii permiscetur, mingitur et egeritur. Item in *Aurora* (*Numeri*, 215-16) scribitur sic,

- 10 Ollarum carnes, peponum fercula, porros,
Cepas pro manna turba gulosa petit,
et sequitur (223-6),
Pepones signant quedam mala dulcia, tanquam
Otia sunt, sompnus, gaudia, blanda quies.
15 Porri vel cepe mala signant aspera, tanquam
Sunt rixe, sanguis, furta, rapina, dolus.

PERA secundum Papiam pellis est caprina a collo pendens, precincta usque ad lumbos. Est autem habitus proprie necessarius ad operis exercitium. Hec et melotis vocatur. Item pera dicitur sportella vel mantica. Communiter autem pera
5 dicitur sacculus ille quem portant peregrini sub ascella, et pendet a collo. Et dicitur a peri, quod est circum, quia circa collum suspensa portatur. Sed Magister in *Historiis* (1312) super i Regum xvii (40) dicit, «quod est vas in quo mulgetur vel panis portatur». Gallici appellant peram pastorem pa-
10 netariam, scilicet reticulum in quo pastores portant panem.

PERAGRARE dicitur circuire, perambulare, inquirendo per-
vagari, pererrare, pervadere, agrum girare. Et dicitur a peri,
quod est circum, et ager, qui enim peragrat agros girat. Vel
componitur a per et agro, agras, quod non est in usu. Item
5 peragrare est «sine certa mansione huc et illuc ire. Unde . . .
peregre adverbium, id est ad peregrinandum . . . significat de
loco, per locum et in loco», sicut ait Hugutio (*s. v. Ager*).
Unde peregrinus, na, num. Item a peragro, peragrans, pera-
graturus et peragratus participia dicuntur.

7 pulegii CD; permiscetur D; permingitur D 9 porcos C 10
mamma AB 13-14 sunt . . . tanquam om. C 13 sunt] seu B 15
sanguinis C

PERA 2 precincta om. C; proprie om. C 5 quem] quam B; assella B
9 appellant eam peram B 10 scilicet panetiere reticulum illud in
quo pastores panem suam portant B; panem suum D

PERAGRARE 1 circumire C 2 pervadere] persuadere B 3-4 vel . . . usu
om. C 5 mansionem B 6 significant ABC 8 peragras AD

PERCUSSURA «*proprii numismatis*» i Machabeorum xv a (6) appellatur fabricatio proprie monete, in qua superscriptio fit multis percussioneibus. Percussura idem est quod percussio.

PERCUTERE in ore gladii idem est quod percutere in gladio, et est quidam modus loquendi. Vel ponitur ibi os pro vastatione vel devoratione.

PERDIX «*de voce nomen habet, avis dolosa atque immunda, nam masculus in masculum insurgit et obliviscitur sexum libido preceps. Adeo autem fraudulenta est ut alteri ova diripiens foveat, sed fraus fructum non habet. Denique dum*
 5 *pulli proprie vocem genitricis audierint naturali quodam instinctu hanc que fovet relinquunt et ad eandem que genuit revertuntur*». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,63). Dicitur autem perdix a perdo, perdis, quod est emitte, delere, destruere. Dicit enim Hugutio (*s. v.* Do) quod «*si*
 10 *masculus nidum sue coniugis invenit, destruit et ova absorbet. Vel dicitur a perdendo quia alteri ova perdat et foveat, vel quia destruat nidum. Vel dicitur a Perdice, nepote Dedali, qui, secundum fabulas, in illam avem dicitur fuisse mutatus*». Et nota quod pro ave declinatur hec perdix.
 15 Unde Ovidius Methamorphoseon viii (237),

Garrula ramosa prospexit ab ilice perdix.

Nec te moveat quod dicit glosa Ieremie xvii (11) super illum textum «*perdix fovit que non peperit*» ubi dicit «*perdicem quoque pugnacem dicunt et immundum, ut palma sit victo-*
 20 *ris polluere victum*». Cum sit enim epicenon, id est uno genere, scilicet feminino, designans masculum et feminam,

PERCUSSURA 2 superscriptio] supercussio A

PERCUTERE 2 loquendi apud hebreos B; os *om.* C

PERDIX 4 fractura C 6 hanc] eam B; relinquunt C 10-11 et alterius ova rapiendo absorbet B 11 et foveat *om.* B 12 vel quia dicitur C 16 perspexit D 18 dicit] dicitur C 20 pollere C; epitecon C 21 scilicet] in C 21 masculinum et femininum D

per adiectiva masculina designat perdicis vitium, quod scilicet masculus insurgit in masculum.

PERENDIE, id est post cras, adverbium temporis, et dicitur perendie respectu futuri temporis, sicut nudius tertius respectu preteriti. Et componitur «a perempta et una die» quia dies crastina perimitur cum dicitur perendie, id est
 5 post cras, sicut postridie, id est post tertium diem. Item a perendie dicitur «perendino, perendinas, id est morari per unum diem . . . Et ponitur quandoque simpliciter pro morari. Et transitive positum invenitur pro prolongare. Vel componitur perendie a perenni et die, et inde perendinare,
 10 id est unum diem vel plures in otium trahere». Ita dicit Hugutio (*s. v. Dyam*).

PERGO, pergis, perrexī, pergere dicitur ire. Et componitur a per et rego. Unde dicitur pergere quasi perfecte se regere. Vel componitur a pede et rego. Unde pergere quasi pedem regere.

PERGERE ire dicitur, incipere ire vel preparare se ad pergendum Genesis xlviii a (1).

PERIBOLUS dicitur murus exterior qui cingebat «gazophilacia cantorum custodientium altare». Ita exponitur in glosa Ezechielis xlii b (7). Item in i Machabeorum xliii g (48) dicit glosa, «Peribolus grece dicitur murus atrii domus do-
 5 mini qui totum templum per quadrum ambiebat in circuitu, sicut ait Beatus Ieronimus in expositione Ezechielis prophete libro xliii. In loco ergo celebri atrii domus domini ponebantur tabule eree in quibus confirmatum fuerat per scripturam

PERENDIE 2 temporis *om.* BD; nudus C 3 pempta A 5 postriduo A
 6 morari] moram facere C

PERGO 1 dicitur ire *om.* C 2 regere] gerere C

PERGERE 1 properare D 2 xviii C

PERIBOLUS 1 dicebatur D 3 ii mac C 6 beatus *om.* C; prophete
om. C

sacerdotium Simonis et filiorum eius». Et componitur peri-
 10 bolus a peri, quod est circum et ambulo, las quia in circuitu
 ambulat, id est circuit, templum. Huguitio (*s. v.* Pery) dicit
 quod «hic peribolus et hoc peribolum dicitur deambulato-
 rium, deambulacrum, spatiatorium, perambulatorium».

PERICHELIDES, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xix (31,
 19), «sunt apud feminas crurum ornamenta quibus gressus
 earum ornantur». Huguitio (*s. v.* Chelon) autem dicit quod
 perichelis dicitur «ornamentum mulierum circa brachia vel
 5 potius circa crura quo gressus eorum ornantur». Et compo-
 nitur a peri, quod est circum, et chelon, quod est curvum.
 Unde chelon grece dicitur brachium sive crus propter cur-
 vitatem. Unde chele dicuntur brachia scorpionis propter
 curvitatē. Et hec chelis dicitur cithara quia in modum
 10 brachiorum est curvata. Item chele, chelarum signum quod
 libra dicitur quia ex pedibus virginis et brachiis scorpionis
 efficitur. Et nota quod declinatur hec perichelis, huius peri-
 chelidis. Unde Oratius in libro Epistularum (I, 17,55-6),

Sepe refert meretricis acumina, sepe catellam,
 15 Sepe perichelidem raptam sibi flentis, ubi mox etc.

Antiqui solebant scribere periscelides.

PERIPSIMA est purgamentum ferri vel pomi et quicquid de
 aliqua materia, ut purgatio reddatur, abicitur, ut limatura
 eris, purgamentum tritici cum ventilatur et huiusmodi et
 quelibet domorum quisquilia. Et dicitur a peri, quod est cir-
 5 cum, et simus, sima, simum, quod est curvum vel a semus,
 a, um, quod est imperfectum et seco, secas quia circumcirca

PERICHELIDES 2 egressus C 3-5 Huguitio . . . ornantur *om.* B 4 pe-
 richelides C 7 sive crus *om.* C; crus] crux B 8-9 unde chele . . .
 curvitatem *om.* BC 10 item a chele C; chelarum dicuntur signum
 A 11 virginis] et virgis B 12 perichelis declinatur hec perichelis B
 15 ubi] uti B 16 pericelides C

PERIPSIMA 1 perisima D 5 a *om.* B 6 quod est *om.* B; et] vel
 BCD

res secatur et diminuitur. Et secundum Huguitionem (*s. v. Pery*) dicitur hoc peripsima, huius peripsimatis. Versus,

10 Quod purgas de re dic esse peripsima vere,
Ut suber pomi quisquillasque domi,

id est purgamenta vel sordes. Suber dicitur cortex. Unde Theodolus (110),

Mutat flebiliter rigidum pro corpore suber.

Vide supra ubi exponitur cortex.

PERITUS, ta, tum dicitur doctus, instructus, sapiens, et comparatur. Unde hec peritia, id est discretio. Et dicitur peritus a perio, peris, perivi, perire, peritum, quod est docere, instruere, probare, a quo quidam composita esse dixerunt
5 aperio et comperio et similia. Sed melius componitur a pario, paris, sicut supra dictum est ubi exponitur pario.

PERIZOMA, tis est «quedam vestis hominum antiquissima, id est succinctorium femorale, quo tantum genitalia conteguntur. Alii dicunt quod sit tunica foliis consuta qualem dominus fecit Ade post lapsum». Ita dicit Huguitio (*s. v. Pery*).
5 Tamen Genesis iii (21) scribitur, «Fecit quoque dominus deus Ade et uxori eius tunicas pelliceas», id est de pellibus mortuorum animalium ut signum sue mortalitatis secum ferrent. In Historiis (1073) autem dicitur, «sic fecerunt sibi perizomata, id est succinctoria, quasi braccas breves ut campe-
10 pestia, nec sine causa de foliis ficuum, quia de succo eorum si teratur caro hominis, inuncta sentit pruriginem ibi, ut per hoc ostensum sit quia pruriginem voluptatis iam in carne senserant . . . Et hinc quidam dicunt ficum arborem fuisse prohibitam». Et nota quod perizoma dicitur a peri, quod est

8 huius *om.* B 9 purgat D 13 rigidis A; cortice C

PERITUS 2 hec *om.* C 3 peririe B; docere] docte ABC 5 et *primum om.* C

PERIZOMA 1 periozoma AB 2 succinctorum AD 4 ade et uxori eius post B 5 iii *om.* C 6 eius] sue C 7 secum *om.* B 9 quasi] id est B, in C 9-10 ut . . . causa *om.* B 11 terantur O 13 hinc] huic D

15 circum, et soma, quod est corpus. Et secundum hoc deberet dici perisoma, perisomatis, sed pro s sepe ponitur z, ut hic, et dicitur perizoma, sicut patet in libris correctis.

PERNICIES, perniciiei dicitur mors vel interitus. Unde perniciosus, sa, sum dicitur mortifer, letalis, perniciie plenus. Et hic et hec et hoc pernix, cis, id est perniciosus, destructor. Et corripit hanc sillabam ni in obliquis, quam econtrario
5 producit pernix, id est velox, quod dicitur a pernitor, perniteris, a quo et perniciies, id est velocitas, dicitur. Versus,

Pro pernice citum, pro pernice dico nocivum;
Pernitor primum, pernego dat reliquum.

Perneco, cas dicitur strangulare, occidere, perficere, necare.
10 Et componitur a per et neco, cas, quod est occidere, strangulare. Versus,

A neco dic avi ferro, necui reliqua vi.
Sic in compositis sensum variare valebis,
Ac ut preterita poteris duplicare supina
15 Ut dicas nectum per singula sive necatum.

PERPENDICULUM instrumentum est cementariorum quod alio nomine dicitur amussis, id est plumbatum, quod ipsi dimittunt ad perpendendam equalitatem muri. Unde hic et hec perpendicularis et hoc lare. Illa linea dicitur perpendi-
5 cularis que sursum recte dirigitur. Item perpendiculum dicitur illud unde lebetes feruntur et suspenduntur. Pro instrumento cementariorum dicitur perpendiculum a perpendo, dis, quod est intelligere, considerare, animadvertere, percipere, estimare, librare, metiri. Istas significationes potes
10 colligere ex Papia et Derivationibus Huguitionis. Et compo-

15 zoma B 16 perisoma tis per s sed pro s ponitur z C
PERNICIES 3 et hoc om. C 6 dicitur om. C 9 perficere] perfecte B
12 Cf. *Doctr.* 706.
PERPENDICULUM 4-5 lare unde et perpendicularis linea dicitur illa que sursum recto dirigitur B 5 sursum vel insum inferius recte A, sursum vel iussum recte C 6 illud om. C 6-7 instrumento autem B 7 dicitur instrumentum perpendiculum A 8 advertere *iteravit* AD 9 et istas B 10 colligere] habere B

nitur a per et pendo cuius significationes invenies supra ubi exponitur impendo. Pro sustentaculo lebetum dicitur perpendiculum a perpendeo, des quia lebetes in eo perpendent.

PERPERAM adverbium, id est perverse, iniuste, non recte.

PERPETRARE supra expositum est ubi exponitur patro.

PERPETUUM cui principium, sed fine carebit.

Vide versus supra ubi exponitur eternum.

PERSEVERARE dicitur persistere, in proposito permanere. Unde participia et hec perseverantia. Et componitur perseverare a per et severo, as, quod non est in usu. Vide infra ubi exponitur severus. Et ponit Papias differentiam inter perseverantiam et pertinaciam dicens quia perseverantia in virtute est, pertinacia vero in vitio.

PERSTRINGO, gis, perstrinxi, gere, ictum dicitur perfecte stringere, leviter stringere, leviter tangere, summam dicere.

PERTUSUS, sa, sum dicitur percussus, verberatus, concisus, confractus, perforatus et sic sumitur Aggei 1 (6). Et dicitur a pertundo, dis, pertudi, pertundere, pertusum, quod componitur a per et tundo. Vide infra ubi exponitur tundo.

13 perpendo BD; pendent D

In marg. fol. 131 add. D: perpera id est perversitas unde perperus rum id est perversus pravus unde perpere adverbium id est perverse male a quo por perperam perneciter velociter

PERPERAM et non B

PERPETRARE patro tras A

PERSEVERARE 2-3 perseverare om. D 4 exponitur hic non severus B

PERSTRINGO 1 perstrinxi perstrui C 1-2 dicitur perfecte stringere] id est A 2 leviter tangere om. C

PERTUSUS 1 percussus om. C 3 quod] et A 4 tundo] tundere C

In marg. fol. 128 add. D: pes pedis unde hec peda id est vestigium humanum et hoc pedum di id est baculus pastorum recurvus et hic pedor doris id est pedum fetor et hinc pluraliter hec pedora id est pedum vel aurium sordes item a pedor hic pedex icis id est culus quia fetet et componitur cum verito et dicitur hic verpus pi medius

PESSIMO, pessimas dicitur pessimum facere, deteriorare, pessime tractare. Unde dicitur Ecclesiastici xxxviii d (22), «et huic nichil proderis et te ipsum pessimabis».

PESSULUM dicitur sera lignea qua hostium pellitur cum se-
ratur. Et dicitur a pello, lis, unde pessulum quasi pulsulum
vel quasi pellens sum. Vel dicitur a pulsus, pulsa, pulsum
quia pellitur et repellitur. Unde dicitur pessulum quasi pul-
5 sum sum.

PESTIS dicitur quidam morbus quando membra dissolvun-
tur et putrescunt. Et dicitur a pesti grece, quod est humor
latine. Vel dicitur pestis quasi pastis a pascendo «quia veluti
incendium depascit dum descendit per totum corpus. Et
5 gignitur ex corrupto aere. Eadem dicitur et contagium vel
contagio a contingendo quia quem contigerit polluit, vel
quia contactu unius descendit per omnes. Ipsa etiam ingui-
naria dicitur ab inguinum passione. Eadem et lues a labe
vel luctu vel luendo dicta quia tam acuta est ut non habeat
10 spatium temporis quo vel vita speretur vel mors, sed repen-
tinus morbus simul cum morte venit». Ita dicit Hugutio
(s. v. Pesti) et accepit ab Ysidoro Ethimologiarum iiii (6, 17-
18). Et ibidem exponit Ysidorus pestilentia dicens, «Pesti-

digitus quasi vertens id est purgans vel tergens podicem percussit
enim deus iudeos in podice et obprobrium sempiternum dedit illis
nam singulis annis in crucifixione domini emittunt sanguinem per
posteriora quem cum medio digito reponendo verrunt podicem et in-
de dictus est verpus quasi verrens podicem unde adhuc ille digitus
in obprobrium ostenditur iudeis quem si alicui iudeo ostenderis
numquam postea diliget te et hinc est quod verpus ponitur pro
iudeo a pedor pedo pedis pedorem id est fetorem emittere unde
hic pedo pedonis qui pedit vel bumbat pedo componitur oppedo
oppedis oppedi id est contra pedentem pedere et quia qui contra
pedentem pedit quodam modo ei contradicit ideo oppedere ponitur
pro contradicere item quia oppedit quod pedens facit et ipse facit
ideo ponitur pro consentire

PESSIMO 1 detolerare C

PESSULUM 2 pulsulum] pulisulum A

PESTIS 4 per om. B 6 quem] que A; contingit C 7 contractu D 9
luctu] lutum B; vel alterum] a B 12-13 ab ... et om. B

lencia est contagium, quod dum unum apprehenderit, cele-
 15 riter ad plures transit. Gignitur autem ex corrupto aere et in
 visceribus penetrando innititur. . . Dicitur autem pestilentia
 quasi pastulentia eo quod veluti incendium depascat et toto
 corpore descendat» etc. Et dicit Papias quod tres sunt modi
 pestilentie, aut ex terra aut ex aqua aut ex aere. Huguitione
 20 dicit quod «pestilentia idem est quod pestis, sed proprie
 pestis est nomen ipsius morbi, pestilentia vero id quod ex se
 efficit». In Grecismo (x, 103-5) ponuntur tales versus,

De fructu sterili clades poterit bene dici,
 Dicitur ac strages occisio facta per hostes,
 25 Que venit ex pastu corruptio sit tibi pestis.

Et a peste et lentos, quod est plenum, dicitur hic et hec et
 hoc pestilens, id est peste plenus, et comparatur pestilen-
 tior. Et pestilentus, ta, tum idem quod pestilens.

PIACULUM dicitur culpa, peccatum, scelus, mors, ut «Eva
 intulit piaculum», id est culpam vel mortem. Item piaculum
 dicitur illud quod piat, id est cordis ablutio, peccati et culpe
 piatio vel remedium, ut «Maria contulit piaculum», id est
 5 vitam et vite remedium. Unde Papias ait, piaculum dicitur
 peccatum, rursus et sacrum quia purgat peccatum. Unde
 quidam sacrificia piacula dicunt. Item Ysidorus Ethimolo-
 giarum v (26,26), «Piaculum dictum pro eo quod expiari
 potest; commissa sunt enim que erant quoquo ordine ex-
 10 pianda». Et dicitur a pio, pias, quod est purgare vel mun-
 dare, et descendit a pius, pia, pium, quod est religiosus,
 misericors, benignus, propitius. Et comparatur per supple-
 tionem: pius, magis pius, piissimus. Versus,

Regula grammaticæ prohibet certissima legis
 15 Ne quis ius vel uis comparet absque magis,

14 apprehendit C 15 autem] etiam B 16 immittitur B 17 quasi
 pastulentia om. B 20 pestis om. BC 24 ac strages] astrages D
 27-28 pestilens pestilentior pestilentissimus B 28 idem est quod B
 PIACULUM 2 vel om. B 9 enim] ei B 10 vel om. BD 11 religiosus om.
 B 12 et benignus et B 14 Cf. Walther¹, no. 16549a

ut egregius, fatuus et similia.

PICTACIUM a pingo, pingis dicitur epistula brevis et modica. Item pictacium dicitur cedula de membrana excisa. Unde hec pictaciuncula, id est membranula. Item pictacium dicitur illa corii particula que solee repeciata insuta est. Et
5 dicitur a pingo, gis, sicut enim partes picture distincte in pavimento, sic apparent pictacia in calciamento. Unde pictaciatus, id est repeciatus.

PIGARGUS «quedam avis» est, ut dicit Hugutio (*s. v. Pige*). Et dicitur a pige, quod est «depressum vel depressio», quia forte parva avis est et inter animalia comestibilia numeratur Deuteronomii xiiii a (4-5), «Hoc est animal quod comedere
5 debetis: bovem et ovem et capram, cervum, capream, bubalum, tragelaphum, pigargum». Nec aspiratur ibi prima sillaba. Quidam legunt ibi phigargum sed male, sicut patet in novis bibliis et antiquis correctis.

PIGER, gra, grum dicitur tardus vel lentus. Et dicitur a piggeo, ges, gui, gere, quod est pudere, penitere, gravare, offendere, quod secundum vulgare Gallicorum dicitur pesare. Ita dicebatur antiquitus sed modo est verbum defectivum
5 impersonale piget, pigebat, piguit, et construitur cum accusativo et genitivo. Dicitur autem piger a pigendo quia semper eum pigeat quod oporteat eum aliquid facere. Ysidorus autem dicit in x (212) Ethimologiarum quod «piger dicitur quasi pedibus eger. Est enim tardus ad incedendum» ac si
10 haberet ulcera in pedibus. Alii dicunt quod dicitur piger quasi pene eger vel quasi penitus eger, videtur enim quod

16 fatuus] arduus B

PICTACIUM 1-2 putatium *utrobique* D 3 pitaciuncula D; putatium D
5 picture] pincture B, punire D

PIGARGUS 3 nominatur vel numeratur C 4 animal *om.* C 5-6 capream et bubalum C 7 quidam enim B; legunt] dicunt C; ibi *om.* C; philargum BC

PIGER 3 dicitur] est C; pensare B 4 modo *om.* D 8 in *om.* B 9 enim] etiam C 11 quasi pene eger *om.* C; enim] etiam C

nec etiam possit manum ad os levare. Et comparatur piger, pigrior, pigerrimus. Et inde dicitur hec pigredo, id est pigritia. Vel dicitur a pigreo, pigres, pigrui, pigrere, quod est esse
 15 vel fieri pigrum. Et inde pigresco, pigrescis inchoativum et pigritor, pigritaris idem est quod pigrere.

PIGMENTUM est confectio ex vino et melle et diversis speciebus, suavis et odorifera. Et dicitur pigmentum a pila quasi pilimentum. Unde dicit Ysidorus in iiiii (11,4) Ethimologiarum, «Pila a pinsendis seminibus, id est terendis,
 5 dicitur. Hinc et pigmenta eo quod in pila et pilo agantur quasi pilimenta. Est enim pila vas concavum et medicorum usui aptum in quo proprie tipsane fieri et pigmenta concidi solent». Pigmentum vulgariter dicitur claretum. Unde pigmentarius, a, um ad pigmentum pertinens. Et hic pigmentarius qui facit vel vendit pigmentum.
 10

PIGMEI populi sunt statura cubitali quos Greci a cubito Pigmeos vocant. Hii montana Indie tenent quibus vicinus est oceanus. Ita dicit Papias. Huguitio dicit quod Pigmea est «regio. Unde Pigmeus, ea, eum. Et, ut dicit Beatus Augustinus Pigmei tantum semicubitales sunt qui tertio
 5 anno perfecte sunt etatis, septimo senescunt et dicuntur pugnare cum gruibus et armati ferri ab ipsis gruibus».

PIGNUS, noris per o dicitur filius vel amor vel indicium vel signum amoris vel confederatio et confirmatio amoris. Unde pignoro, ras confederare, confirmare amorem inter aliquos. Hoc pignus, neris per e dicitur vadum quod pro re aliqua

12 etiam *om.* C 13 hec *om.* B 15 inde dicitur pigreseo B 16 est *om.* B

PIGMENTUM 1 pigmentum idem est quod confectio B 2 pigmentum *om.* C 3 pilimentum CD 6 pilimenta D 8 solent vel contundi B 10 Post pigmentum *add. in textu* B: et secundum glosam iiiii regum xx pigmenta dicuntur odoramenta

PIGMEI 3 oceanus scilicet magnum mare B; Huguitio vero dicit B 5 tantum *om.* C

PIGNUS 2 confederatio] consideratio D

5 datur et inde pignero, neras, id est pigneri obligare. Unde quidam versificator ait,

Pignora pro natis, dic pignera pro vadiatis.

Item Grecismus (XI, 106),

Pignora natorum dicuntur, pignera rerum.

10 Sed huiusmodi proprietates frequenter a pluribus confunduntur et ponunt unum pro reliquo. Ysidorus in v (25,22) Ethimologiarum assignat differentiam inter pignus et fiduciam et ypothecam dicens, «Pignus est quod propter rem creditam obligatur, cuius rei possessionem solam ad tempus
15 consequitur creditor, ceterum dominium penes debitorem est. Fiducia est cum res aliqua sumende mutue pecunie gratia vel mancipatur vel in iure conceditur. Ypotheca est cum res commodatur sine depositione pigneris, pacto vel conventionem sola interveniente». Grecismus (XI, 107),

20 Quod datur in pignus non mobile dic ypothecam, sicut est domus vel ager vel villa. Sic dicunt moderni. Pigneratus, id est pigneri obligatus, dicitur a pignerando, de quo supra dictum est.

PILA, pile dicitur vas concavum in quo frumentum vel aliud teritur. Et dicitur a pilo, las, quod est pilo contundere. Dicit enim Ysidorus Ethimologiarum xv (6,4), «Pistrinum dicitur quasi pilistrinum quia pilo granum antea tunde-
5

Unde et apud veteres non molitores sed pistorum dicti, quasi fissores a findendis granis frumenti, mole enim usus non erat, sed granum pilo findebant». Vel dicitur pila a pinso, pinsis, pinsui, pinsere, pistum, tu, quod est panem facere, pastam deducere et terere, a pinsendis scilicet seminibus,

10 frequenter *om.* D 13-14 creditam] debitam C 16 fiducia est *om.* C, est *om.* D; sumende et mutue B 18 accomodatur C; pigneris B 20 dic] dicit D 21 est *om.* C; sic] sicut B
PILA 3-4 xv . . . quia *om.* B 4 quia] quod A 5 et *om.* AD 6 enim *om.* D 7 findebatur D; pila *om.* C

10 quia ibi semina pinsuntur, id est teruntur. Versus (*Grec.*
XII, 394-6),

Pila subest ponti, pila ludus, pila taberna,
Pila terit pultes et pila geruntur in hostes;
Quod terit est pilus, pilus est in fronte capillus.

15 Quidam errantes solent dicere,

Est pila pes pontis etc.

cum pila pro columpna producat primam sillabam. Unde
Virgilius Eneidos viii f (IX, 711-12),

20 Saxea pila cadit magnis quam molibus ante
Constructam ponto iaciunt.

Item Oratius in Sermonibus (I, 4, 71),

Nulla taberna meos habeat nec pila libellos,
pilam ponit pro ponte, partem pro toto.

PILUM, pili vel pilus, pili dicitur instrumentum quo aliquid
in pila vel in mortario teritur. Unde Ysidorus Ethimologia-
rum xi b (I, 28), «pilum dicitur a pila ubi pigmentum contun-
ditur». Secundum modernos dicitur hic pilus. Unde versus
5 differentialis (*Grec.* XII, 396),

Quod terit est pilus, pilus est in fronte capillus.

Unde pilo, pilas, id est pilo tundere. Vide supra ubi expo-
nitur oppilo. Item hoc pilum dicitur telum unde Lucanus
in principio (I, 7),

10 Signa, pares aquilas et pila minantia pilis.

A pilus, pili pro instrumento terendi dicitur hic pistillus.
Unde Virgilius in Moreto (12),

Sed gravior lentos ibat pistillus in orbes.

Secundum Huguitionem (*s. v.* Pinso) dicitur hoc pistillum

13 terit *iteravit* D; et] sed BD 15 solebant B 18 viii *om.* D
19 saxa D; cudit C 20 construitam D; iacincter C
PILUM 3 dicitur *om.* D; ubi] unde AD 8 oppilio A, opilio B 10 gi-
gna C 12 mornero A, morero D 14 pistillum et sequitur A, pi-
stillum et hoc pistillum sequitur B, pistillum et hec pistilla D

15 et hoc pistellum; sequitur enim eos qui dicunt hoc pilum, pili et dicit quod pilum dicitur a pinsenso, id est terendo.

PILUS pro capillo dicitur a pelle quasi pelus quia ex pelle procedit.

PILOSI, sicut innuit glosa Isaie xiii (21), monstra sunt ad similitudinem hominum vel demones incubones secundum lxx vel satiri vel silvestres homines. Ysidorus autem Ethimologiarum viii g (11,103-4), sic ait, «Pilosi qui grece Panite, latine Incubi appellantur sive Inuii ab ineundo passim cum animalibus. Unde et Incubi dicuntur ab incubando, hoc est stuprando. Sepe enim improbi existunt etiam mulieribus et earum peragunt concubitum, quos demones Galli Dusios nuncupant quia assidue hanc immunditiam peragunt. Quem 10 autem vulgo Incubonem vocant, hunc Romani Fannum ficarium dicunt». Item Papias Pilosi a Grecis Panites, a Latinis vero Incubi vocantur, quorum forma ab humana effigie incipit sed bestiali extremitate terminatur.

PINCERNA dicitur vini dispensator vel potius propinator, qui porrigit ex officio poculum domino suo. Unde Ieronimus in glosa super Genesis xl a (1) «pincernam pro quo nos posuimus principem vinariorum in hebreo scriptum habet 5 masech . . . quem nos possumus more vulgato vocare pincernam; nec vile putetur officium, cum apud reges barbaros usque hodie maxime dignitatis sit regi poculum porrexisse».

16 dicit] dicitur A

PILUS 1 pilus autem B; pelus] pellis C; *add. in marg.* D: a pilus hic pilax pilacis catus murilegus quia pilis maxime habundet vel quia eius pilus est pretiosus unde in vita beati sansonis legitur quod celerarius fecit venenum et probavit per pilacem esse mortiferum
PILOSI 2 incubonos C 3 lxx] septuaginta scilicet interpretes sacre scripture B 5 latini B 8 disios C 9 nuncupantur C; quem] quod D 10 faminum B 11 dicunt] vocant B

In marg. fol. 133 *add.* D: pin grece latine altum unde pinna a pinna dicitur pinnosus pinnosa pinnosum id est altus et superbus unde pinnositas id est altitudo vel superbia

PINCERNA 1 vel potius] sive C 2-3 Ieronimus] *cf. Lib. Heb. Quaest. PL* 23, 997 3 xl] xv D 5 posuimus ABD 6 barones A

Et dicitur pincerna quasi penus cernens, id est cellarium, quia semper habet oculum ad vinum suo tempore propinandum. Vide supra ubi exponitur penuria et invenies satis de penu.

PINNACULUM, sicut dicit Hugutio (*s. v. Pin*), dicitur «cuiuslibet domus fastigium». Et dicitur a pinna. Est autem pinna «summitas cuiuslibet rei sed proprie templorum et murorum. Unde etiam pinna dicitur quod supereminet in dorso piscis. Unde hec pinnula diminutivum», scilicet illud quod supereminet in dorso piscis. Non ergo pennula, sicut quidam male legunt, sed pinnula in Levitico (11,9) dicitur illud per quod piscis in altum levatur. Unde scribitur in Aurora (*Lv. 609-10*),

10 Lex iubet ut pisces quos tollit pinnula, munit
Squamula, pro gustu sumat hebrea tribus.

Et sequitur ibidem (613-14),

Pinnati pisces, quos pinna levat super undas,
Ille sunt anime que cor ad alta levant.

15 Item Ysidorus Ethimologiarum xi (1,46) dicit quod «pinnula est summa pars auris, ab acumine dicta. Pinnum enim antiqui acutum dicebant, unde et bipennis et pinna».

PIRA est que in modum are ex lignis construi solet ut ardeat. Pir enim ignis dicitur, sed pira est ipsa lignorum strues, id est congeries, cum ardet. Rogus est cum ardere ceperit, bustum vero iam exustum vocatur. Ita dicit Papias. Secundum Hugutionem (*s. v. Pir*) pira est rogi, scilicet «congeries lignorum in igne, sed rogi est dum non accensus est, pira ex quo ardet, bustum cum arserit». Idem in alio loco (*s. v.*

8 penu B 9 ad vinum *om.* D

PINNACULUM 4 superminet D 5-6 unde . . . piscis *om.* C 5 scilicet] secundum D; illud] id B 6 non est ergo C 6 pennula] pinnula A, pinnula D 8 unde et B 10 piscis C 13 quosquos A 14 corda C
PIRA 1 in modum are] immoderate B 3 est *alterum om.* C 4 adustum B 5 hugutionem autem B; scilicet] id est B

Rogo) rogos est «ignis pro mortuo, sed proprie rogos est compositio lignorum, pira quando corpus crematur, . . . sepulchrum ubi ossa conduntur, tumulus congestio terre . . . qui et sine ossibus potest esse, monumentum vero cuiuslibet rei memoria que movet mentem». Pira corripit primam syllabam. Unde Ovidius *Methamorphoseon* ix c (230-1),

Arboribus cesis quas ardua gesserat Oete
15 Inque piram structis etc.

Idem xiiii a (78-81),

Excipit Eneam illic animoque domoque
Non bene discidium Frigii latura mariti
Sidonis inque pira sacri sub imagine facta
20 Incubuit ferro deceptaque decipit omnes.

PIRAMIS dicitur quedam alta structura et quadrata que fiebat antiquitus super sepulchrum mortuorum. Tali autem edificio consurgit ut a lato incipiat et in angusto finiatur, sicut ignis. Unde dicitur a pir, quod est ignis, et idos, quod
5 est forma, quasi habens formam ignis. Et declinatur hec pyramis, huius dis. Lucanus viii g (696-7),

Cum Ptolomeorum manes serieque pudenda
Pyramides claudant etc.

PISCIS quasi pascis a pascendo dicitur eo quod sit pastus hominis.

PISCINA appellatur «aqua collecta non habens pisces. Unde piscina dicitur quasi piscibus plena per contrarium». Hoc habetur ex *Historiis* (1579) et ex *Papia*.

PISTICUS, ca, cum dicitur fidelis. Unde nardum pisticum dicitur fidele, id est purum et non adulteratum ammixture aliarum rerum. Vide supra ubi exponitur nardus.

8 sed *om.* B 11 esse] dici A 17 Eneam CD; illuc C 18 discidium B; frugii C; lacina D 19 sindonis B
PIRAMIS 2 sepulchra B 5 formam] forma A 7 ptolemeorum A; que] quia D
PISCINA 2 piscibus] piscina C

PISTOR dicitur ille qui facit panem, a pinso, sis, sui, pistum, tu, quod est panem facere, pastam deducere et terere. Unde pasto, tas frequentativum et pistrio, pistris, pistrivi, pistrire, id est panem facere vel pastam deducere. Et hic pistrio idem
 5 quod pistor, et hec pistris, cis que facit panem, et pistorius, a, um ad pistorem pertinens et hoc pistrinum locus in quo pistritur.

PIX «grecum nomen est quam illi pissa vocant. Alii volunt ex pino picem vocari». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,72).

PHARISEI fuerunt quidam Iudeorum heretici dicti a phares, quod est divisio. Unde Ysidorus Ethimologiarum viii (4,3), «Pharisei ex hebreo in latinum interpretantur divisi eo quod traditionum et observationum, quas Iudei deuteresses vo-
 5 cant, iustitiam preferant. Unde et divisi vocantur a populo quasi per iustitiam». Deutheresis interpretatur nova divisio a deuteron, quod est novum, et heresis, quod est divisio. Deuteresis autem, id est novitas, simplex dictio est et dicitur a deuteron, quod est novum. Item dicitur in Histo-
 10 riis (1552-4) super Evangelia quod «erant in Iudea tres secte Iudeorum a communi reliquorum vita et opinione distantes, Pharisei scilicet, Saducei, Essei. Pharisei cultu austero et victu perpauco utebantur, traditiones suas statu-
 15 entes, quibus traditiones Moysi determinabant. Pictacia cartarum in fronte gerebant et in sinistro brachio circumligata, quibus decalogus inscriptus erat quia dixerat dominus 'hoc habebis quasi quid appensum inter oculos tuos et in

PISTOR 1 sui sere BC 2 et terere *om.* B; unde] et inde B 3 pistrui B 4 pistrio onis A 5 pistris] pistris D; huius cis A; cis mulier que B; pistorius] pistris C

PIX 1 pissana D

PHARISEI 4 contradictionum D; deutherenses C 6-9 Deutheresis... novum *in marg.* D, *om.* B 6 deutherensis C 9 dicitur *alterum om.* B 12 saducei et essei B; cultu] cum C 13-14 suas... traditiones *om.* B 14 pictacia D 17 hoc habebis] hec hebreis B

manu tua', et hec dicebantur philacteria a philaxe, quod est
 servare, et thorat, quod sonat legem. Isti etiam maiores
 20 fimbrias aliis, ferentes spinas, eis alligabant, quibus puncti
 in deambulatione memores mandatorum dei fierent. Hii
 universa deo deputabant et marmene, id est fato, agere qui-
 dem que iusta sunt vel negligere, nec in arbitrio hominum
 plurimum esse dicunt. Tamen in singulis iuvare marmenen,
 25 quam ex motibus superiorum fieri putant. Prepositis suis
 et natu maioribus numquam contrarium respondebant. Iu-
 dicio dei futurum dicentes animam omnem incorruptam
 esse, solas bonorum animas in alia transire corpora usque
 ad resurrectionem et iudicium, malorum autem eternis re-
 30 trudi carceribus. Et quia a communi hominum habita erant
 divisi, ideo Pharisei dicebantur. Saducei marmenen negant,
 deum inspectorem omnium dicentes et in arbitrio hominum
 esse ut vel bonum vel malum gerant. Animarum generaliter
 vel supplicia negabant vel honores, nam et resurrectionem
 35 futuram negabant. Animas mori cum corporibus putantes
 nec angelos esse dicebant. Solos v libros Moysi recipiebant
 hiisque contenti erant. Hii severi nimis erant nec etiam inter
 se sociales, ob quam severitatem Saduceos, id est iustos se
 nominabant. Essei vero in omnibus monasticam agebant vi-
 40 tam, nuptias fastidientes, non quia coniugia et hominum
 successionem censerent puniendam sed cavendam intem-
 perantiam feminarum, nullam earum fidem viro servare pu-
 tantes. Omnia habebant communia, pro probro oleum du-
 centes. Squalorem decus putabant dummodo in veste can-
 dida semper essent. Nulla eis certa civitas, sed in singulis
 45 domicilia habebant. Ante solis ortum nichil prophanum lo-
 quentes, solem ut oriatur orantes, post usque ad sextam ho-
 ram operantes, loti corpus aquis, simul et cum silentio

18 philacteria C; phalaxe ACD 19 thorax ABD 22 marmenen
 ABD 23 nec *om.* C 24 esse *om.* C; marmenei D 25 postpositis
 A 27 omnem] communem A 29 eternis *om.* B 32 inspectores B
 34 vel *primum*] secundum B 37 hiisque] hiis ACD; hii . . . erant
om. CD 38 sociales erant ob B 39 vero] fere C 42 nullamque B
 43-44 dicentes A 46-47 loquentes *om.* C 47 sectam D

edebant. Iuramentum habebant pro periurio, secte sue ne-
 50 minem adhibentes nisi sub anni probatione. Recepto aliquo
 secum post annum, duobus aliis annis mores eius probabant.
 Deprehensum in peccatis a se pellebant ut herbas more
 pecudis decerpens usque ad obitum peniteret. Cum decem
 simul sederent nullus novem invitis loquebatur. Spuere in
 55 mediam vel in dextram partem sui vitantes adeo sabbatum
 observabant quod nec in eadem die alvum purgabant. Dola-
 brum ferebant ligneum quo in loco secretissimo fodiebant
 terram ad alvum purgandam, demissa veste se diligenter
 contegentes ne splendori divino facerent iniuriam, ob id
 60 etiam statim foveam reimplentes. Vivebant quam longissime
 ob victus simplicitatem. Mortem pro iustitia immortalitate
 iudicabant meliorem. Animas omnes a principio creatas pro
 temporibus incorporari, bonas exutas a corpore ultra ocea-
 num degere, ubi sit eis reposita perfruitio, ad orientem malis
 65 procillas et hiberna loca delegantes. Erant in eis qui futura
 predicerent. Quidam coniugibus, sed moderate, utebantur.
 Nam si omnino abstinendum arbitrarentur, genus humanum
 deficeret».

PHASE expositum est supra ubi exponitur neomenia.

PHIALA secundum Papiam et Ysidorum incipit ab f littera
 et non a ph et ideo exponitur supra inter dictiones incipien-
 tes ab f.

PHILACTERIUM dicitur membranula vel brevitellus in quo
 scripta erat lex et conservabatur. Et huiusmodi philacteria
 Pharisei deferebant ante pectus vel ante frontem ut sic reli-
 giosi viderentur. Et dicitur philacterium a philaxe, quod est
 5 servare et thorat, quod est lex. Vide supra ubi exponitur
 Pharisei.

53 pertineret C 55 dexteram B 62 a] in C 64 ubi] ut B; fit A;
 perfruitio D 65 procelosa C 66 sed] se D

PHIALA 3 f littera B

PHILACTERIUM 5 thorax B

PHILOSOPHIA interpretatur amor sapientie. Et secundum Ysidorum (II, 24,1) diffinitur sic, «Philosophia est rerum humanarum divinarumque cognitio cum studio bene vivendi coniuncta». Idem (II, 24,9), «Philosophia est ars artium et
5 disciplina disciplinarum». Alii dicunt sic (*ibid.*), «Philosophia est divinarum humanarumque rerum, in quantum homini possibile est, probabilis scientia».

PHILOSOPHUS interpretatur amator sapientie. Et componitur a philos, quod est amor, et sophia, quod est sapientia, quem diffinit Ysidorus in viii (6,1) Ethimologiarum dicens, «Philosophus est qui divinarum et humanarum scientiam
5 habet et omnem bene vivendi tramitem tenet».

PHITON, onis incantator vel divinator dicitur. Et hec phitonissa incantatrix vel divinatrix. Et dicuntur Phitones, sicut dicit Papias, a Phitio Apolline eo quod is auctor fuit divinandi. Phitius autem Apollo dicitur a phitone, immense
5 lis serpente cuius non magis venena quam magnitudo terrebat. Hunc Apollo, sagittarum ictibus sternens, nominis quoque spolia reportavit ut Phitius vocaretur. Unde et ad hoc insignis victorie sacra celebranda constituit que Phitia vel Phitea appellavit. Unde Ovidius in primo Methamor-
10 phoseon (445-7),

Neve operis famam possit delere vetustas
Instituit sacros celebri certamine ludos,
Phitea perdomite serpentis nomine dictos.

Et a Phitone dicitur phitonicus, ca, cum. Item super illud
15 i Regum xxviii b (7), «Querite mihi mulierem habentem phitonem», dicitur in Historiis (1320), «phitonem quidam tradunt artem suscitandi mortuos quam Phitius adinvenit

PHILOSOPHIA 5 sic] quod B

PHILOSOPHUS 1 amator] amor C, interpretator D 4 qui] quidam D;
humanarum rerum CD 5 et om. D

PHITON 3 dicit] ait C; Phitio] phiton B 7 portavit C 8 insignis in
victorie A 13 ductos C

quasi diceret 'Querite mihi mulierem peritam illius artis'.
 Quod congruit hebreo in quo legitur mulierem baladoph,
 20 balad enim interpretatur domina, oph est nomen artis illius». Vide supra ubi exponitur ariolus et ibi invenies species divinationum.

PHITONICUS spiritus dicitur divinatorius vel spiritus divinationis.

PLACET, id est placitum est, impersonale est, ut ait Huguitio (s. v. Placo). Et dicitur a placeo, ces. Unde et placidus, da, dum, id est mitis, mansuetus quasi placori datus. Et placitus, ta, tum quod placet et placuit et hoc placitum dicitur
 5 a placendo quia nemini placet, scilicet pro lite. Unde placito, tas et placitor, placitaris, id est litigare. Invenitur etiam placitum pro placencia vel conditio. Item a placeo hec placenta, te, id est libum eo quod placeat. Unde Ysidorus Ethimologiarum xx (2,17-18), «Placente sunt que fiunt de farre. Que alii liba dicunt eo quod libeant et placeant. Dulcia sunt genera pistorii operis, a sapore dicta, melle enim asperso sumuntur». Ita dicit Ysidorus. Unde quidam,

Dant oleum, simila, mel, pinguedoque placentas.

15 Item a placeo hic placor, coris, id est tranquillitas, mitigatio, placencia. Ecclesiastici iiii c (13), «complectentur placorem eius», id est placebunt ei vel eius placitum consequentur.

PLAGA, id est vulnus, vibex, nomen est prime impositionis, ut dicit Ysidorus in v (27,14) Ethimologiarum, sed secundum ethimologiam plaga dicitur quasi flaga quia cum quodam flatu et strepitu et flagris plage corpori imprimuntur.
 5 Et nota quod plaga quandoque dicitur «circulus vel pars

PLACET 3 quasi placori datus *om.* B 7 conditio C 12 aspero C 13 quidam dicunt C 14 similam B 15 tranquillitas CD 16 complectuntur B 17 ei *om.* C; eius *om.* C; consequuntur ACD
 PLAGA 2-3 sed secundum ethimologiam *om.* A 3-4 quodam *om.* C 4 imponuntur vel imprimuntur A 5 dicitur *om.* A; vel media pars A

celi, eadem et clima, et simpliciter pro patria vel vico aliquo accipitur». Ita dicit Huguizio. Item plaga dicitur «rete vel potius funis retis. Proprie quidem plage sunt funes illi quibus retia tenduntur circa infimam et summam partem . . .

10 Ovidius *Methamorphoseon* ii e (499),

Nexilibusque plagis silvas Erimantidos ambit.»

Idem in vii versus finem (767-8),

Illa levi velox superabat retia saltu
Summaque transibat positarum lina plagarum.

15 Grecismus (x, 74-5) ita dicit,

Vulnera sunt plage, regio plaga, sit plaga rete;
Primum producas, cetera corripias.

Item a plaga pro vulnere dicitur hic plagiarius qui quascumque plagas aliis infert. Et nota quod secundum Papiam plagiator et plagiarius in eodem sensu dicuntur, scilicet venditor hominum vel seductor vel deceptor, scilicet qui seducit servos alienos et pueros, vel mancipiorum vel pecorum alienorum distractor. Et dicitur plagiator a plagio, id est obliquo, quia non recta via graditur sed pelliciendo dolis. Plagiarius
20 enim plagia, plagium dicitur obliquum a plaga quia plage faciunt hominem obliquari. Plagiarius etiam dicitur qui facit
25 vel curat plagam quasi plagas agens.

PLANGO, gis, planxi, gere, planctum, tu est cum lacrimis pectus aut faciem tundere. Vide supra ubi exponitur lugeo. Ibi invenies versus differentiales. Unde hic planctus, id est tunsio pectoris aut faciei cum lacrimarum effusione.

6 eadem *om.* D 8 funis] finis C 13 superaddat B 14 lima A 16 plaga *primum*] plage ABC; sit] vel B, sed C 19 secundum *om.* C 22 et] vel B 24 sed] scilicet C; dolum A 27 plagas] plagam C
In marg. fol. 135^v add. D: planos grece latine dicitur error vel vagatio unde hic planete et hic planunta te planeta id est errans planunta id est errorem incutiens dicuntur ergo planete quedam stelle id est errantes quia singulis diebus movent ortum et occasum suum hec dicuntur planunte id est errorem incutientes quia sic variando ortum et occasum suum hominibus incutiunt errorem et faciunt

PLANTA quasi plana dicitur pars pedis humani inferior. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (1,113), «Plante a planitie nuncupate quia non rotunde, ut in quadrupedibus, ne stare non possit bipes homo, sed plane atque longiores formate sunt ut stabile corpus efficerent. Sunt autem plante anteriores partes que etiam de multis ossibus constant. Calx prima pars plante et a calco nomen illi impositum quod terram calcamus; hinc et calcaneus. Solum inferior pars pedis, dicta quia eo terre vestigia imprimimus». Vide infra ubi
 10 exponitur solum. Item planta, sicut ait Hugutio (s. v. Platos), «dicitur olus quod plantatur et ramus arboris qui inseritur». Ysidorus vero dicit in xvii (6,12) quod «plante sunt de arboribus; plantaria vero ex seminibus nata sunt cum radicibus et a terra propria transferuntur».

PLASTES, id est formator vel figulus, dicitur a plasmo, mas, quod est formare. Et dicunt quod plasmare derivatur a plasmo grece, quod est formare latine. Et inde hoc plasma, tis, scilicet factura, formatura, quod est formatum vel forma, et aliquando ponitur pro quodam electuario quod format vocem. Unde in principio Persii (1,17-18) dicitur,

Sede legens celsa liquido cum plasmate guttur
 Mobile coluerit etc.

Et nota quod secundum Ieronimum (*Com. in Zach. PL 25*,

eos errare unde secundum quosdam non debent dici planete id est errantes sed planunte errorem incutientes planete enim non errant immo eundem motum et eandem movendi legem habent nunc quam ab initio sue conditionis habuerunt sed errare videntur mortalibus cum ita varient ortus et occasus per diversa loca unde potius debent dici planunte id est errare facientes quam planete id est errantes non enim ipsi errant sed nos circa eorum motus faciunt errare item planeta dicitur phebuis erratica et planeta dicitur vestis quedam laxa circa horas quia hiis errantibus vagatur planeta pro stella masculini generis in aliis significationibus femini

PLANTA 1 humani om. C 4 non om. B 7 et om. D 8 pedis om. C 10 item] ita D 11 quod] quia D

PLASTES 4 scilicet] id est D; formatura] formatur C 6 in om. A 8 colluit A

10 1578) declinatur hic plastes, huius plaste. Unde Isaie xliiii (9), «Plaste idoli omnes nichil sunt». Huguitio (s.v. Plasma) autem dicit hic plastes, huius plastis et hoc videtur habere ex Prisciano (VI, 59).

PLATANUS arbor quedam est «a latitudine foliorum dicta vel quia ipsa arbor patula sit et ampla, nam platos Greci latum vocant. Expressit autem scriptura huius arboris nomen et formam dicens (*Ecli.* 24,19) 'quasi platanus exaltata
5 sum . . . in plateis'. Est autem tenerrimis foliis ac mollibus et vitium similibus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,37).

PLATEA dicitur lata via et spatiosa et dicitur a platos, quod est latum, cuius accentus patet per versum illum,

Ut placet, est platea seu platea sive platea.

Communiter tamen in prosa producitur media.

PLAUDO, dis, plausi, dere, sum, plausu, id est manus re-percutere, manus ex letitia claudere et simul iungere, manibus sonum facere, gaudere. Et ponitur sepe pro percutere vel iungere. Unde hic plausus dicitur manuum re percussio,
5 exultatio manuum.

PLEBS dicitur populus ignobilis sive vulgus. Et dicitur plebs a pluralitate quia plures sunt ignobiles quam nobiles. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (4,6) sed per alia verba.

PLECTA, te, sicut dicit Huguitio (s. v. Plecto), dicitur «quilibet nexus ex virgulis vel papiro vel carecto factus» ubi crescunt canne, «unde cophinos faciebant. Unde hec plectula

10 Isaie] ysidori ethimologiarum D 12 hic *om.* C; huius *om.* BC
PLATANUS 2 quia] quod BC 5 tenerrima B; ac] et B 6 vitium] nucibus B

PLATEA 1 et spatiosa *om.* D 2 illum] hunc BC 3 sive] seu A 4 tamen] autem C

PLAUDO 4 hic *om.* C

PLEBS 2 quam nobiles *om.* B

PLECTA 1 huius te AD; dicitur] est B 2 ubi] unde C 3 canne *om.* A

diminutivum». Et dicitur plecta a «plecto, tis, plexi, tere,
 5 plexum, quod est punire, verberare, flectere vel ex virgis
 aliquid componere». Et secundum Huguitionem duplex
 habet preteritum, scilicet plexui vel plexi. Sed hoc non habet
 a Prisciano (x, 47) qui ait, «flecto facit flexi et plecto plexi
 antique . . . Nunc enim plector et amplector dicimus. Sed
 10 plector passivum esse Terentius ostendit in Formione (220),

Ego plectar pendens.»

Item in Doctrinali (895-6) scribitur,

Ante to c veniens in xi to mutat et in xum

Datque xui pecto pariter xi, sic quoque necto.

15 Ista duo tamen secundum Priscianum (vii, 29) faciunt pre-
 teritum in xi vel in xui. Glosa iii Regum vii e (29) sic expo-
 nit, «Tabule ex quibus bases facte sunt quadrate fuerunt,
 in quibus rotunde erant formule que coronule sive plecte
 appellabantur». Erant circuli quidam.

PLECTENS participium est descendens a plecto, tis. Vide
 supra proximo. Unde Iohannis xix a (2), «plectentes cor-
 nam», id est inflectendo vel connectendo facientes. «Illas
 spinas», sicut dicitur in Historiis (1628), «asserunt marinos
 5 iuncos fuisse, quorum acies non minus spina dura est et pe-
 netrativa. Unde poeta (*Ovid., Met.* iv, 299),

et acuta cuspidē iunci.

Credibile autem est aculeos corone cruorem de capite extra-
 xisse. Etiam flagellis cuor dorsi extractus est et sanguineus
 10 sudor omnes partes corporis tinxit, ut non tantum manus et
 pedes et latus dicamus aspersa sanguine sed tota veste tinctum
 ascendisse de Bosra». Item super illud Luce xxii d (44),

5 flectere] plectere B 7 vel] et C 8 flecto] plecto B; flexi] plexi B
 9 enim] autem B 10 foremone A 14 xui] sui AB 15-16 preteri-
 tum om. C 16 vel] et C 18 erant] fuerunt B

PLECTENS 2 xix] ix C 2-3 coronam de spinis C 3 vel] et B 4 dicitur]
 dicit A, om. D 6 unde et B 9 etiam] et BC 11 dicamus fuisse
 conspersa B 12 d om. C

«factus est sudor eius quasi gutte sanguinis» etc. dicitur in Historiis (1623), «Prima effusio sanguinis Christi in circum-
 15 cisione, secunda in sudore, tertia in flagellatione, quarta in crucifixione, quinta in mortui lanceatione: prima in exemplum ut circumcidamus membra nostra, secunda in signum quod sanguine suo irrigaret terram et fecundaret, tertia et quarta ad remedium, quinta ad sacramentum. Inde est quod
 20 officium misse quinquepartitum est . . . Sed quia in sola cruce etiam fuit quinaria effusio sanguinis, ideo et solus canon subdividitur in quinque partes. Prima est usque 'qui pridie', secunda usque ad 'memento', tertia usque ad 'preceptis', quarta usque ad embolismum».

PLIAS, adis quoddam signum est. Et dicitur a polis, quod est pluralitas, quia plures stelle sunt in ipso, scilicet septem. Sed non apparent nisi sex. Vide supra ubi exponitur arturus cum aliis signis.

PLUMA «quasi piluma» dicitur a pilus, pili, «nam sicut pili in quadrupedum corpore ita pluma in avibus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,8). Item in Historiis (1175) super Exodum dicitur quod «pluma lingua quadam dicitur
 5 acus». Et inde dicitur hic plumarius, id est operarius qui operatur cum pluma, id est cum acu, et inde plumarius, ria, rium dicitur opus acu pictum.

PLUMBUM a pila dicitur. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (22,1), «Plumbum dictum est eo quod ex eo primum pilis factis maris altitudo temptata est. Huius duo genera sunt, nigrum et candidum, sed melius est candidum»,
 5 et subdit, «Inveniuntur in aurariis metallis aqua missa calculi nigri et graves, et dum aurum colligitur cum eo remanent,

13 etc et B 14 sanguis A 16 lance actione D; prima est A
 21 etiam om. C 22 prima est om. C

PLUMA 6 id est] scilicet B 7 punctum B

PLUMBUM 1 dicit om. C 4 est om. CD 5 inveniuntur et in variis C
 6 graves C

postea resoluti conflantur et in plumbum album resolvuntur. Inde et eadem gravitas plumbi que auri est». Et sequitur (22,2) quod plumbi «origo duplex est, aut enim ex sola
 10 vena procedit aut cum argento nascitur mixtisque venis conflatur. Huius primus in fornacibus liquor stannum est, secundus argentum, quod remanet, superaddita vena rursusque conflata, fit nigrum plumbum» etc.

PLUVIA supra exponitur ubi exponitur imber.

POCULUM «a potando nominatum est. Est enim omne vas in quo bibendi est consuetudo». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (5,1). Poculum autem et potio differunt quia poculum dicitur vas, potio autem quod in calice est. Pocu-
 5 lum etiam quandoque invenitur pro potu.

PODERIS est sacerdotalis linea, corpori penitus astricta, eadem que talaris; unde et poderis appellatur. Hec subucula dicitur, descendens usque ad pedes; unde et nuncupata, podas enim grece pedes vocant, quam vulgo camisiā vocant. Ita dicit Papias. Vide supra aliam expositionem ubi
 5 exponitur ephoth. Nota quod Greci dicunt pos, podos, quod nos dicimus pes, pedis. Unde poderis dicitur quasi pedibus herens.

POETA dicitur fictor, inventor et proprie carminis. Et dicitur a poio, pois, quod est fingo, gis. Unde hec poetissa, uxor poete vel que fingit. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum viii (7,3), «poete latine vates» dicuntur. Vide infra ubi exponitur
 5 vaticinari.

10 vena] vera A 11 liquor] loquor C 12 quod] quid AD
 POCULUM 1 est *primum om.* B 5 invenitur] ponitur C
 PODERIS 1 sacerdotalis tunica lignea B 4 podas] podos C 5 ita dicit Papias *om.* D
 POETA 2 poio . . . gis] *in marg. supra iteravit* D: poio pois poivi poitum id est fingo fingis fingere; hec *om.* C 4 dicuntur] sunt C

POLENTA multas habet significationes. Dicit enim Magister in Historiis (1263) super illud Iosue v (11), «comederunt azimos panes et polentam eiusdem anni», «est autem polenta grana tosta et manibus confricata ad modum grani pilo
 5 tumsi. Unde dicitur polenta quasi pilenta. Quidam tamen tradunt polentam esse pultes de purgatissima farina factas, et dictam polentam a polline, quod est purgatissima farina». Hoc pollen, pollinis secundum Huguitionem (*s. v.* Polleo) dicitur «tenuis flos farine vel illa tenuissima farina que volat
 10 in molendino a mola, . . . et inde hec polenta, polente genus leguminis vel farina subtilis de fabis vel de tritico vel de ordeo, et quidam cibus inde factus dicitur polenta». Unde Ovidius Methamorphoseon v f (449-50),

Prodit anus divamque videt limphamque roganti
 15 Dulce dedit, testa quod coxerat ante polenta.

Item Persius (3,55),

Invigilat, siliquis et grandi pasta polenta,

id est farina mixta aqua. Priscianus (vi, 66) ita dicit, «hec pollis, huius pollinis, sic Carisius declinavit. Probus tamen
 20 et Cesar hoc pollen, huius pollinis declinaverunt». «Amolum flos farine, tenuissimum, pro levitate de mola egestum. Unde et appellatum quasi a mola. Simila. Pollines». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (2,19).

POLIANDRUM dicitur a polis, quod est pluralitas, et andros, quod est vir, et secundum hoc proprie dicitur cimiterium propter multitudinem hominum ibi sepulcorum. Vel componitur poliandrum a polio, polis et antrum et tunc dicitur
 5 poliandrum tumulus terre vel sepulchrum vel cimiterium,

POLENTA 1 enim *om.* D 8 hoc] hec C; huius pollinis D; pollinis dicitur secundum C 9 que volat] quam vocat B 12 et . . . polenta *om.* C 18-23 Priscianus . . . Eth. xx *in marg.* D, *om.* B 18 hic hec C 19 carsius C 20 hoc] hec C 20-21 amola A 21 egestum] eiectum C 22 simillima AD

POLIANDRUM 2 est *om.* D 5-6 cimiterium propter multitudinem iam dictam et dicitur B

et dicitur sic quasi politum antrum quia sepulchra mortuorum poliuntur. Ista expositio ex abundanti ponitur hic.

POLICTORES, sicut dicit Papias, «humatores sunt ossium sive cadaverum sepultores». Et est nomen compositum a polis, quod est pluralitas, et lictor, quasi plurium lictores. Vide supra ubi exponitur lictor.

POLIENDUS, da, dum plures habet significationes, sicut et verbum a quo descendit, scilicet polio, polis, polii vel polivi, polire, quod est «sculpere vel planare vel ordinare». Ita dicit Huguitio (*s. v. Polio*). Unde politus, ta, tum.

POLIMITUS, ta, tum, id est plurium guttarum vel colorum, dicitur a polis, quod est pluralitas, et mitos, quod est gutta quasi pluribus guttis vel coloribus tinctum. Unde polimita dicitur vestis pluribus coloribus tincta. Versus (*Brito Me-*
5 *tricus* 1239-42),

Est, mihi crede, mitos filum, sed fabula mitos;
De mitos examitum, de mitos mitologia;
Sed tamen evita ne te fallat calamita,
Nam mitos guttam sonat, hinc vestis polimita.

- 10 Unde polimitarius, ria, rium a variis coloribus distinctum.
Unde opus polimitarium dicitur diversis coloribus vel picturis distinctum. Et hic polimitarius qui cum acu vel manu pingit. Ieronimus (*Lib. Heb. Quaest. in Gen., PL 23,944-5*) dicit in glosa Genesis xxxvii a (3), «Pro tunica varia Aquila
15 interpretatus est astrologon, id est talarem, Simachus manicatam sive quod ad talos usque descenderet, vel manibus artificis mira varietate distinctam sive quod haberet manicas.

POLICTORES 1 politores B; polinctores ezechielis xxxix sicut C 2-3 sepultores videlicet qui funem morientium curant dicti quasi pollictorum unatores a polingo gis linxi vel est nomen C

POLIENDUS 2 polii] polui B

POLIMITUS 3 coloribus *om.* C 10 unde] item a polimita C; a] id est BC 13 Ieronimus] ideo B 14 dicitur B; glosa super gen C 15 astrologon] astragaleion *Hier.* 16 descenderit AD 17 distincta BD, distincta A

Antiqui enim magis colobiis, id est vestibis sine manicis utebantur». Mitologia est fabulosa locutio vel fabularum
 20 narratio. Calamita dicitur rana morans in calamis, plures guttas vel colores habens. Item calamita dicitur quidam lapis qui attrahit ferrum, sicut adamas.

POLLEX, licis dicitur grossior digitus qui inter ceteros pollet virtute et potestate. Et dicitur a polleo, les, quod est resplendere, florere, valere, excellere.

POLLICEOR, ceris, pollicitus sum, ceri dicitur spondere, promittere. Et, sicut dicit Papias, promittimus rogati, pollicemur ultro. Item promittimus verbo, pollicemur scriptura. Et componitur polliceor a post et liceor, ceris. Nota quod
 5 liceo, ces, cui, cere dicitur licitum esse. Unde Paulus (*I Cor.* 6, 12), «Omnia michi licent». Sed raro invenitur personale in ista significatione sed dicitur licet, licuit, licebat, verbum defectivum. Item liceo, lices verbum est activum contrarias
 10 habens significationes, in voce enim activa significat passionem ab alio illatam, scilicet appretiari, in passivo vero significat actionem, scilicet appretiare, et construitur cum genitivo vel cum ablativo significante pretium, ut «liceo a te tribus obolis vel trium obolorum» et similiter «liceor te oboli vel obolo». Unde Persius (5, 191),

15 Et centum Grecos curto centusse licetur.

Centussis dicitur pretium centum assium vel centum asses et componitur a centum et as, assis. Est autem as pondus constans ex xii unciis et ponitur pro obolo. Item Grecismus (xvi, 29),

20 Non licet asse mihi qui me non asse licetur.

19 nota mitologia B 19-22 mitologia... adamas *post* polimita (v. 9) C, *in marg.* D 19 est] dicitur BC 20 enarratio C; nota etiam quod calamita B; in calamis] inter calamos B

POLLICEOR 2 et *om.* C 4 polliceor ceris B 5 licitum dicitur licitum A; gloriosus dei apostolus paulus B 7 licet *om.* A 8 item... activum *om.* C 9 vocem A 12 liceor a te C 16-18 centussis... obolo *in marg.* D, *om.* B

Item a polliceor dicitur pollicitor, taris verbum frequentativum, scilicet frequenter polliceri vel promittere. Unde hec pollicitatio, id est frequens promissio.

POMARIUM est locus «ubi poma ponuntur», pometum «ubi poma nascuntur», «pomerium locus proximus muri». Ita dicit Papias. Et nota quod hec pomus dicitur arbor, hoc pomum fructus. Et, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,22), poma generaliter dicuntur fructus cum cortice molliore sicut nuces dicuntur fructus cum cortice duriore.

POMPATICE, id est superbe vel pompose a pompa. Est autem pompa idem quod laus, magnificentia, gloria, processio que solet fieri victoribus in triumpho vel obsequium funeris. Et pompe dicuntur ludorum imagines. Istas significationes 5 partim habes ex Papias, partim ab Ysidori Ethimologiarum xviii (2,2), et dicit ibidem Ysidorus quod «dicitur pompa a pompen grece, quod est publice ostentari».

PONDO indeclinabile, neutri generis, idem est quod pondus et dicitur a pendendo eo quod in statera pendeat. Unde et pensum dicitur. Pondus dicitur honus vel gravitas vel quod trutinatur et mensuratur. Et similiter dicitur a pendeo, des 5 «eo quod libratum in statera pendeat. Abusive autem pondus libra una est. Unde etiam dispondius dictus est quasi duo pondera». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,3).

POPULUS est humane multitudinis cetus qui consensu et concordia sociatur. Vel populus est collectio tantum nobilium civitatis, sed plebs est collectio tantum ignobilium. Et dicitur populus a polis, quod est civitas. Item populus est

POMARIUM 1 locus *om.* CD; ubi] in quo B 2 proximus muri] iuxta muros dictum quasi post murum C 4 sicut dicit *om.* B; sicut] sic AD 5 fructus *om.* D

POMPATICE 5 habens CD 6 et *om.* B 7 pompen] pompan B

PONDO 2 pendendo] pendo D 3 pondus dicitur *om.* D; pondus] spondus C 5 pendeat] penderat A; abusive autem *om.* B 6 est *primum om.* A; etiam dispondius *om.* B; dispondus C

POPULUS 2 vel] item B, unde C 3 tantum *om.* C

5 quedam arbor dicta a polis, quod est pluralitas, eo quod ex eius radice multitudo nascatur. Versus differentialis (*Grec.* XII, 13),

Populus est arbor, populus collectio gentis.

Nota differentiam populi, plebis et vulgi. Nam populus, 10 ut dictum est, est collectio nobilium civitatis, plebs ignobilium. Unde et a pluralitate dicitur quia plures sunt ignobiles quam nobiles. Vel dicitur a pleo, ples, quod non est in usu, quia plebs replet. «Vulgus autem dicitur passim inhabitans multitudo, et dicitur a volendo quia unusquisque facit 15 quod vult». Ita dicit Ysidorus *Ethimologiarum* ix (4,6).

PORCUS dicitur quasi puro carens vel quasi purus per contrarium vel quasi puri vel puritatis custos similiter per contrarium. Vel secundum Ysidorum porcus dicitur «quasi spurcus», id est immundus. «Ingurgitat enim se ceno, immergit luto, illidit limo». Ita dicitur in xii (1,25) *Ethimologiarum*. Supra, ubi exponitur lutum, invenies differentiam inter limum, cenum et lutum.

PORPHIRIO pro quo lxx interpretes pellicanum transtulerunt avis quedam est que in lege comedi prohibetur. De qua scribitur in *Aurora* (*Lv.* 719-20),

Porphirio morsu bibit, omne gurgite victum

5 Tingit et ad rostrum fert alimenta pede etc.

PORRO idem est quod «certe vel valde vel longe vel sed, et secundum hoc non dirivatur». Item porro idem est quod consequenter, et secundum hoc dirivatur a porrum, porri. Porri enim consequenter «plantantur, unum post aliud. Et

6 multitudo talium arborum frequenter nascatur B; nascitur D
8 *Post gentis versum alterum add.* B: arbor popellus non grandis turba popellus 11 et *om.* D 13 autem] etiam D; dicitur *om.* C
14 volando D

PORCUS 1 carens vel quasi pene orcus id est infernus vel B 4 inurgitat
C 7 et *om.* AD

PORPHIRIO 4 turtum D

PORRO 2 hoc *om.* C 4 unum scilicet post B

5 ideo a porro nomine dicitur porro adverbium ordinis, id est consequenter». Ita dicit Huguitio (*s. v. Rego*).

PORRUM, porri in singulari, sed porri, rorum pluraliter declinatur, et est etheroclitum in genere. Unde in Doctrinali (377) scribitur,

Dat rastrum rastros porrumque facit tibi porros.

5 Dicunt tamen aliqui quod declinatur in plurali porri vel porra sed in nullo sollempni auctore me recolo legisse porra. Macer De viribus herbarum (509-547) dicit quod Ypocras in multis medicaminibus utebatur porro. Unde dicit,

	Illius succum solum dedit ille bibendum	509
10	Egrotis qui reiciunt spumantque cruorem.	510
	Reddit fecundas mansum persepe puellas.	519
	Cum vino porrum datur hiis quos leserit anguis	530
	Quodlibet aut animal fundens letale venenum;	
	Nec minus hiis prodest, si vulneribus superaddas,	
15	Si velut emplastrum ponas cum melle subactum.	
	Commixtus porri succus lacti muliebri	
	Et bibitus tussim fertur sedare vetustam;	
	Et vitiis variis pulmonum subvenit idem.	
	Auris compescit cum capre felle dolorem.	537
20	Eius iungatur succo pars tertia mellis,	540
	Et sic per nares tepidum fundendo vel aures	
	Immensum capitis poterit sedare dolorem.	
	Cum vino bibat hunc, lumborum quem dolor angit.	
	Dicunt utilius tali nichil esse dolori.	
25	Fracturas solidat cito, duritiasque relaxat	
	Appositum vulnusque recens cito cum sale claudit.	
	Si crudum fuerit sumptum levat ebrietatem. etc.	547

Dicitur autem porrum a porrigo, gis, eo quod porrigatur, id est longe extendatur. Porrigere componitur a porro, quod
30 est longe, et rego, gis quasi longe regere. Item porrum dicitur quedam infirmitas in manibus et pedibus ad similitudinem porrorum.

PORRUM 1 in *iteravit* D 8 medicationibus C 9 solis B 11 reddet A 12 leserat BC 15 emplastrum B 17 et bibitus] ebibitus D 25 solvat C 26 vulnusque] manusque C 27 levatque C 31 et pedibus *om.* A

PORTA «dicitur qua potest aliquid vel importari vel exportari. Proprie autem porta aut urbis aut castrorum vocatur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (2,22). Vel dicitur porta a portato aratro, antiquitus enim, quando de-
 5 signabantur muri civitatis, trahebatur aratrum in giro et fiebat aratiuncula ubi muri debebant edificari, ubi autem debebant esse porte sustollebatur et portabatur aratrum. Unde porta dicitur ab aratro portato. Et a porta dicitur portarius vel portitor, id est custos porte.

PORTA SPECIOSA Actuum iii (2) dicebatur «a speciali quodam ornamento quod apposuit ei Alexander Hyrcanus. Ibidem etiam posuit Herodes aquilam auream» etc. Ita dicitur in Historiis (1658).

PORTENDO, dis, di, dere idem est quod porro, id est longe, tendere, significare, destinare, longe post futurum preostendere. Et componitur a porro, quod est longe, et tendo, dis. Unde portendens participium, id est preostendens vel pre-
 5 figurans. Unde Zacharie iii (8), «viri portendentes sunt», glosa «id est positi in signum futurorum». Et a portendo dicitur hoc portentum, id est monstrum. Vide supra ubi exponitur monstrum. Et dicit Papias quod portentum et portentuosum differunt, nam portenta sunt que transfigu-
 10 rantur sicut fertur in Umbria mulierem peperisse serpentem, portentuosum vero levem sumunt mutationem, exempli causa cum sex digitis nati sunt.

PORTICUS dicitur domus que preest foribus quasi aperticus eo quod sit aperta. Vide versus supra ubi exponitur abissus. Iuvenalis in v (14,66),

Ne perfusa luto sit porticus etc.

PORTA 1 vel *primum om.* C 3 ita] item A; vel *om.* A

PORTA SPECIOSA 3 ibique C

PORTENDO 2 signare B; destinare *om.* A 6 id est *om.* A; et *om.* D

9 portuosum A; portanta C 10 umbra AC 12 cum pueri sex C

PORTICUS SALOMONIS «dicebatur in qua solebat Salomon stare ad orandum» in qua, die dedicationis, erexit columpnam eream super quam oravit flexis genibus, cum tamen Iudei soleant stare cum orant». Ita dicitur in Historiis (1593).

PORTUS dicitur «locus ab accessu ventorum remotus, in quo hiemant naves. Et portus dicitur a portandis commerciis. Hunc veteres a baiulandis mercibus baias vocabant, illa declinatione a baia, baias ut a familia, familias». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (8,40).

POSTERUS, ra, rum, id est sequens, dicitur a post. Et inde hec posteritas, id est generatio subsequens. De qua dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (5,26) posteritas «gradus substitutionis est, quasi postera etas». A nepote autem incipit, sicut ibidem dicitur.

POSTICUM dicitur a post. Est autem latens ingressus a parte posteriori. Unde Oratius in libro Epistularum in fine quinte epistule (1,5,30-1),

5 Tu quotus esse velis rescribe et rebus omissis
Atria servantem postico falle clientem.

Et hic postis idem. Unde Ysidorus Ethimologiarum xv (7,9), «Postes et antes quasi post et ante stantes, vel quia ante ad eos accedimus prius quam domum ingrediamur; 10 postes eo quod post hostium stent». Pluraliter hii antes, antium, antibus dicuntur lapides et materie que claudunt vineas eo quod ante sint. Item antes dicuntur extremi ordines vinearum eo quod ante stent. Hec habes ex Papia et Huguitionem (s. v. Post). Item hec postica idem est quod posti-

PORTICUS SALOMONIS 2 ad adorandum B, ad adorandam D 3-4 solebant C

PORTUS 1 dicitur] dictus BD 3 veteres om. B; mercibus et baias C 4 familias] familiam D

POSTERUS 1 sequens et dicitur C

POSTICUM 6 pistico C 10 postes eo quod om. B 10-14 pluraliter... Huguitionem in marg. D, om. B 11 lapides et om. C 13 hec] hoc D 14-15 hoc posticum A

15 cum et, salva pace Huguitionis, mediam sillabam producit,
sicut et antica. Unde in Doctrinali scribitur (2058),

Est urtica simul et que post format et ante.

Item in Grecismo (x, 58-9),

20 Est antica domus ingressus ab anteriori
Parte, sed est postica latens a posteriori.

Item quidam versificator dixit sic,

Fallitur anticam qui me non dixerit esse,
At nova sum vere; solve quid esse potest.

Item posticus, ca, cum dicitur ulterior et posterior. Unde
25 Persius circa principium (1,62),

Occipiti ceco, postice occurrere sanne!

«Item a postis dicitur hic posticulus et hic postellus et hec
posterula . . . diminutuiva». Ita dicit Hugutio (s. v. Post).

PRANDIUM dicitur quasi paratum, ab apparatu edendi,
quasi paredium. Unde prandeo, des, prandi vel pransus
sum, scilicet prandium facere, hora tertia comedere. Qui-

17 urtica] antica AB 20 postica] portica D 22 dixerat ante C
23 sum] sunt B; quid] quod B 27 postallus C 28 diminutam C
In marg. fol. 234^v add. C: postliminium papias postliminium cum auro
limine ab hoste alinatum quid fuerit si ad idem limen revertatur
postliminium cum post captivitatem quis revertitur ad iura que
amisit sic ieronimus methaforice dicit se per occupationes distrac-
tum tamquam captivatum ad suum opus redire quod dimiserat scili-
cet ad explanandum prophetas
In marg. fol. 133^v add. D: hic et hec potis et hoc pote id est possibilis
vel potens et comparatur tior simus et hec comparatio est tantum
secundum vocem quia significatio mutatur potior enim et potis-
simus id est melior et optimus et nota quod pos potis invenitur
pro potis unde cato hoc per bibe quod possis si tu vis vivere sanus
In marg. fol. 138^v add. D: pragma idem est quod causa unde pragmatica
scientia idem est quod constitutio super aliqua re promulgata poni-
tur tamen in illa decretali si princeps voluerit titulo de rerum per-
mutatione pro confirmatione sine scriptura facta ab imperatore cum
cause cognitione super tali permutatione
PRANDIUM 1 paratum] apparatus B 2-3 pransus sum dere scilicet A
3 scilicet] id est C

dam ponunt pransi in preterito, sed male, sicut patet per
5 Priscianum (xvii, 82). Doctrinale (736),

Pransus sum; iunge neutropassiva secunde.

Tamen a Prisciano non habet nisi prandi. Communiter ta-
men dicitur prandi vel pransus sum. «Facit autem supi-
num pransum et, quamvis sit neutrum, habet tamen parti-
10 cipium preteriti, scilicet pransus, ut ceno cenatus, iuro iura-
tus, careo cassus, pateo passus, titubo titubatus». Ita dicit
Priscianus (ix, 48). Item pranso, pransas et pransito, tas
frequentativum. Et nota quod pransus accipitur active, id
est qui prandit, et tunc descendit a prandeo. Item accipitur
15 «passive pransus, id est comestus, consumptus et tunc»,
sicut ait Hugutio (*s. v. Paro*), «descendit a passivo huius
verbi quod invenitur in tertia persona, scilicet prande-
tur, prandebatur, prandentur, prandebantur, pransus est
vel fuit». Priscianus in minori volumine (xviii, 132) dicit,
20 «prandetur olus». Vide versus supra ubi exponitur cena-
culum.

PRAVICORS, pravicordis, media in nominativo correpta, di-
citur pravus corde vel pravi cordis. Unde Ecclesiastici iii f
(28), «Cor ingrediens duas vias non habebit successus, et
pravicors in illis scandalizabitur». Hoc est littera antiquorum
5 et correctorum librorum. Rabanus tamen dicit ibi pravi-
cordius. Et nota quod pravicors componitur a pravus, a, um
et cor, dis et est omnis generis, sicut concors, secors, vecors,
unicors, mundicors, misericors.

PRECO, preconis dicitur qui aliquid annuntiat. Preco etiam
dicitur «mercator quia quodam preconatu invitat ad merces

4 in preterito *om.* B 5-8 Doctrinale . . . pransus sum *post* Priscia-
nus (*v. 12*) C, *in marg.* D, *om.* B 5 doctrinali A 6 secunde] scite
AD 13 et *om.* B 14 prandeo des C 17 quod et D; quod] et A
19 minori] maiori C

PRAVICORS 3 bonos successus B 7 huius dis A; consors AD 8 uni-
cors] amicors C

suas emendas. Unde hic preconatus dicitur talis annuntiatio et hoc preconium similiter. Et dicitur preconium laus vel
 5 annuntiatio laudis, et ponitur simpliciter quandoque pro annuntiatione et proprie in bono». Ita dicit Hugutio (s. v. Cano). Et dicitur preco a precino, precinis, precinui, quod est ante canere vel valde vel pre aliis canere.

PRECORDIA «sunt loca cordis vicina quibus sensus percipitur. Et dicta precordia eo quod ibi sit principium cordis et cogitationibus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,119).

PRECOQUUS, qua, quum dicitur pre aliis coctum, prematurum, pre calore solis coctum. Unde precoqua ficus vel uva dicitur que ante alias a sole decoquitur et ad maturitatem pervenit. Et precox, precocis in eadem significatione invenitur.
 5 Et dicitur a precoquo, precoquis, precoxi, precoquere, precoctum, quod est pre aliis vel supra vel plus vel ante coquere.

PREDA secundum Gregorium est cum aliena violenter rapiuntur. Secundum Hugutionem preda est «de vicinis et confederatis, rapina de hostibus, vel preda de tota patria, rapina de parte . . . Et inde predo, predonis, id est raptor,
 5 et predor, predaris rapere». Communiter preda dicitur spoliolum vel rapina.

PREDESTINARE dicitur preparare, preordinare, premittere, ante vel ab eterno destinare, providere, prescire. Presciuntur autem boni et mali, predestinantur autem tantum boni secundum quod communiter accipitur. In sacra scriptura pre-
 5 destinare est preordinare vel preparare gratiam in presenti

PRECO 4 preconium *primum om.* C 5 quandoque *om.* C 7 precinii B, *om.* C 8 vel *primum om.* D

PRECORDIA 1 cordi B 1-2 precipitur C

PRECOQUUS 1 costum D 3 que] quia C 4 prevenit BD precocis] precoxis D 6 precoctum tu A

PREDESTINARE 3 et] vel B

et gloriam in futuro. Et componitur predestinare a pre et destino, nas, quod est legare, mittere, deputare, ascribere, significare. Unde Ovidius *Methamorphoseon* xi a (xv, 3-4),

10 Destinat imperio clarum prenuntia veri
Fama Numam.

Destinare autem componitur a de et teneo, nes interposita s.

PREDIUM dicitur possessio, villa, ager, sed proprie allodium. Et dicitur allodium hereditas quam vendere et donare possum. Ita est mea propria. Ita dicit Huguitio. Ysidorus autem in xv (13,5) *Ethimologiarum* ubi agit de agris dicit sic, «Pre-
5 dium est quod ex omnibus patrifamilias magis previdetur, id est apparet, quasi previdium; vel quod antiqui agros quos bello ceperant ut prede nomine habebant», quasi diceret predium a preda dicitur ager bello acquisitus. Vel predium ager vel possessio que est ante edem sive domum. Unde dicitur pre-
10 dium quasi preedium, id est ante edem situm. Et inde dicitur hic praes, praedis qui multa habet predia. Moderni scribunt et legunt pres, predis. Priscianus tamen dicit (v, 42), «In aes diptongum unum masculinum praes praedis», sed modo non scribuntur huiusmodi diptongi. Secundum Huguitio-
15 nem (s. v. Preda) pres dicitur «medius vel mediator vel fideiussor . . . Quod autem dicitur pres quasi pre aliis dives ethimologia est». Et inde dicitur preditus, ta, tum quasi prediis datus vel pre aliis ditatus. Vel dicitur preditus a predo, predis, quod est pre aliis dare, honorare, prerogare, ornare.
20 Et componitur a pre et do, das.

PREFULGORUS, ra, rum dicitur preclarus, prefulgidus. Unde in Psalmo (17,13), «Prefulgore in conspectu nubes eius tran-

6 futuro D 8 signare B 9 in opio D 10 Fama Numam] famam numam AC, fanumam B, fama numiam D

PREDIUM 2-3 donare . . . propria] donare quis potest quia est sua propria B 5 patrifamilis A, patrefamilias D 7 ut] et C 8 predium dicitur ager C 9-10 sive . . . edem om. D 10 pre endium B 12 aes] es ACD 13 diptongon A, diptungum D 14 huiusmodi] huius D

PREFULGORUS 2-3 transierunt etc. B

sierunt». Et sic est una dictio. Aliqui tamen exponunt pre fulgore ut sint due dictiones.

PREPUTIUM dicitur «anterior pellis priapi que preputatur, id est preciditur, Iudeis. Unde preputiatus, ta, tum dicitur habens preputium precisum, sicut Iudei qui dicuntur preputiati. Unde preputio, as, id est preputium facere, pellem
 5 illam resecare». Et dicitur preputium a preputo, tas, quod est opinari, scindere, purgare, virgam exuere, supervacua resecare. «Preputium etiam quandoque dicitur ipse priapus . . . Unde preputiatus dicitur magnum habens priapum». Ita dicit
 10 Hugutio (*s. v. Puto*). Preputiatus tamen potest dici a preputium, tii, sicut a galea galeatus, et tunc preputiatus dicitur qui habet preputium non putatum, sicut gentiles et omnes alii a Iudeis, qui propter hoc a Iudeis immundi reputantur. Item preputia dicuntur primi fructus quia immundi dice-
 15 bantur sicut preputiati. Unde preceptum fuit filiis Israelis Levitici xix (23 *sqq.*) «sed cum intrarent terram promissionis, ut auferrent preputia arborum quas plantarent, quod quasi exponendo subditur 'poma que germinant immunda erunt vobis'. Hoc tamen non est in hebreo. Et videtur velle,
 20 dicens, quod fructus primorum trium annorum immundus esset et abiciendus, fructus quarti anni sanctus domino et communis pauperibus, sed in quinto anno et deinceps domini

3-4 pre fulgore *om.* C

In marg. fol. 139 add. D: predo prendis prendi prenum dicitur tantum in divina pagina tota die laboratur et nichil predidit sed non regulare nam nullum verbum tertie coniugationis habet finalem geminationem in preterito nisi sit compositum a do predo non est compositum a do immo est simplex et est aliud verbum eiusdem significationis similiter simplex scilicet prehendendo prehensum habet ergo preteritum sine geminatione utrimque componitur appendo comprehendo comprehendendo

PREPUTIUM 2 preciditur] prescinditur BD 3 precisum] precium C, *om.* B 4 id est *om.* D; pellem] pelliculam B 6 precidere] precindere A, prescindere B 9 priapum] preputium C 14 item] ita B 16 sed *om.* B 17 afferunt C

sui essent et esibiles». Ita dicit Magister in Historiis (1212).
 Item illud i Machabeorum i (16), «fecerunt sibi preputia»
 25 etc. sic exponitur in Historiis (1504), «id est non circumci-
 debant parvulos suos, vel quia ritu preputiatorum vivebant.
 Quidam tamen volunt quod quedam velamina fecerunt
 circumcisioni sue ne in denudatione Grecis essent dissimi-
 les», et subditur ibidem causa huius flagitii.

PRERUPTUS, ta, tum dicitur ante ruptus vel ab anteriori
 parte ruptus a prerumpo, pis. Item preruptus secundum
 Papiam dicitur in alto positus, preceps, excelsus. Et tunc
 dicitur preruptus quasi preraptus quia pre aliis in altum
 5 rapitur.

PRESAGIUM dicitur divinatio, futurorum prescientia vel an-
 nuntiatio. Unde Ovidius in ii (549-50) Methamorphoseon,

Auditaque vie causa 'Non utile carpis'
 Inquit 'iter: nec sperne mee presagia lingue!'

5 Item Lucanus in i g (673),

Terruerant satis hec pavidam presagia plebem.

Et dicitur a presagio, gis, gii vel givi, presagire, quod est
 divinare vel predivinare. Unde presagus, ga, gum dicitur
 prescius futurorum. Unde Ovidius in ii (124-5) Methamor-
 10 phoseon,

Imposuitque come radios presagaque luctus
 Pectore sollicito repetens suspiria dixit etc.

Presagire componitur a pre et sagio, gis, quod est ingeniose
 agere vel divinare. Item presago, as dicitur presagium facere.

24 item] super BD 25 id est] vel B 28 in denudatione] in de
 innudatione B 29 Post flagitii add. in textu B, in marg. D: (item B)
 preputia dicitur (dicuntur D) secundum quosdam capita i reg
 (reguum B) g quia preputium summitas rei vocatur
 PRERUPTUS 1 dicitur om. AB; ab om. B 3 tunc om. D 4 altum] altis C
 PRESAGIUM 2 matham B 3 non in utile D 6 terruerunt AB 8 di-
 vinare] communicare C 11 presagiaque A 13 presagire] pre-
 sagium AC; pre et sagio] presagio D; sagio] sago C 14 item a
 AD; presago] presagio O

PRESBITER «grece, latine senior interpretatur; non pro etate vel decrepita senectute sed propter honorem et dignitatem quam acceperunt presbiteri nominantur. Ideo autem et presbiteri sacerdotes vocantur quia sacrum dant, sicut episcopi qui, licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent, quia nec crismate frontem signant nec paraclitum spiritum dant, quod solis deberi episcopis lectio Actuum apostolorum designat. Unde et apud veteres idem episcopi et presbiteri fuerunt quia illud nomen dignitatis est, hoc etatis». Ita dicit Ysidorus in vii (12,20-1) Ethimologiarum. Huguitio (s. v. Habeo) autem dicit quod presbiter dicitur «quasi prebens iter», et sic est latinum. Sed de malis presbiteris dicitur in Aurora (*Dn.* 543-58; 561-74),

	Canities etiam mentiri novit, et albam	543
15	Non semper retinet alba senecta fidem.	
	Albi temporibus, nigri sunt moribus; equant	545
	Tempora cana nivem, corda dolosa picem.	
	Inde potest ipsi irasci moribus etas,	
	Que stupet in senio non senuisse senes.	
20	Hos gradus insignit sed vita premit, nec honori	
	Summo respondet infima vita senum.	550
	Ambo presbiteri, sed non prebent iter ulli;	
	Ambo Iudei, sed sine lege dei;	
	Cumque regant alios, tamen a dulcedine morum	
25	Ieiunus remanet tantus honoris apex.	
	Ore docent. Sed quid? Cum vite lingua repugnet!	555
	Nec redimit mores aurea lingua malos.	
	Verbis frondescent, sed non est fructus in actu;	
	Ore pluunt aliis, sunt sine rore sibi.	558
30	Cum doceant alios, se non hortantur, ad instar	561
	Candele spargunt in sua dampna iubar:	
	Proficit hoc aliis, soli sibi deficit; isti	
	Proficiunt aliis deficiuntque sibi.	

PRESBITER 3 quam] quod B; acceperant C; autem et *om.* B 4 sacrum] sacra B 7 quod] quia AD; debere B, debetur C; episcopi sicut lectio C; actus CD 8 designant A 9 est hoc] non D, est hoc est A 11 autem *om.* C 11-12 dicitur . . . presbiteris *om.* D 12 dicitur] scribitur C 17 cana nivem] caninem D 19 non] nec C 20 sed] nec A 22 sed] si A 26 repugnat B 29 fluunt BD; sunt] sed C

- 35 Vis tibi depingi brevius premissa? Sequuntur
 Utres seu ventres, dolia sive dolos.
 Curant non aras sed aras, non vera sed era,
 Non equum sed equos, non inopes sed opes
 Herent seu vanis seu vinis sive venenis:
 Querunt vana, colunt vina, venena vomunt. 570
 40 Libras, non libros, relegunt parentque monetis
 Non monitis; pretio, non prece, quemque iuvant.
 Non alleluia ructare sed allia norunt;
 Plus in salmone quam Salomone legunt. 574

Secundum hoc presbiter melius dicitur quasi pre aliis bi-
 45 bens ter quam aliis prebens iter. Quidam imperiti male scri-
 bunt et proferunt hoc nomen presbiter. Scribunt enim et
 proferunt prespiter, p ponentes loco b, barbarismi vitio ser-
 vientes.

PRESERTIM, id est precipue, adverbium est teste Prisciano
 (xv, 19). Et dicitur a presertu sicut «tractim a tractu et
 carptim a carptu». Presertu est ultimum supinum huius ver-
 bi presero, preseris, quod est ante serere, pre aliis serere.
 5 Item presertim, id est preterea, coniunctio est causalis,
 sicut dicit Donatus (*Ars Gram.* II, 15). Papias ponit multas
 significationes huius vocabuli presertim dicens, presertim
 preterea, maxime, precipue, prime etc.

PRESES, presidis dicitur qui presidet in aliquo loco. Unde
 Ysidorus Ethimologiarum ix (3,28), «Presides dicti sunt qui
 alicuius loci tutelam presidialiter tenent». Et dicitur preses
 a presideo, des, quod est super alios sedere, preesse et de-
 5 fendere, et est preses communis generis.

36 non *alterum*] nec C 37 non . . . opes *om.* C 39 vomunt] volunt
 B, vomuntur C, vomunt vel vorant D 40 parcuntque C 41 non
alterum] nec C 42 norunt] volunt A, norant D 44 hoc] hec B;
 melius *om.* B 45 quam] et non B 46-47 et proferunt *om.* BC
 47 presbiter B; vitio] video A
 PRESERTIM 2 tractim] tractum C 3 presertim autem est B 6 Papias
 autem ponit B 7 vocabuli] verbi C 8 primo B
 PRESES 3 preses *om.* C 4-5 preesse aliis et eos defendere B

PRESENS dicitur «quasi pre sensibus, id est ante sensus, positum vel presto sensibus, sicut oculo vel alii sensui». Et componitur a pre et sensus quia «est alicui v sensuum subiectum». Et dicit Hugutio (*s. v. Sentio*) quod «presens
5 quandoque dicitur prosper et benignus et propitius quia que nobis propitia sunt quasi presentia sunt... Et a presens dicitur presento, tas... Invenitur etiam ad presens, id est in presenti, et sunt due partes».

PRESCINDO, dis, prescidi, dere, prescisum, id est ante vel pre aliis scindere, et corripit hanc sillabam sci in preterito. Unde in i Regum xxiii (5), «prescidit horam clamidis Saul», quamvis precidit sine s posset ibi dici et tunc media esset
5 producta, et tunc componeretur a pre et cedo, dis, sed antiquorum librorum veritas contradicit, et scribit prescidit cum s, et tunc componitur a pre et scindo, dis nec mirum quia, sicut ait Remigius, scindo dis proprie pertinet ad mollia, sicut ad pannos. Unde scissor pannorum dicitur et numquam
10 cesor. Cedo autem dis dicitur de duris, sicut de lignis et lapidibus. Unde cesor lignorum et lapidum dicitur et numquam scissor. Istam differentiam tangit Grecismus (ix, 256-7) dicens,

15 Pannorum tibi sit scissor vitisque putator,
Vulneris incisor, sicut doctus docet auctor.

Unde per totam bibliam, ubicumque fit mentio de scissione vestium, ponitur ibi verbum scindendi et numquam cedendi. Idem dico de participiis, unde dicitur vestis scissa vel conscissa, et numquam cesa vel concisa. Et nota quod scindo,

PRESENS i quasi] qui C 3 pre quod est ante et B; v] quandoque B, vque D 5 et *primum om.* C; benignus et pronus et A 6 que *om.* C; quasi] quia C

PRESCINDO i prescisum D 3 in *om.* D; i] ii C; xxiii D; dicitur prescidit CD 5 componitur B; dis cecidi C 5-7 sed... scindo dis *in marg.* D 7 quia *om.* A 8 remigium D 9 sicut] ut C 15 incisor nobis sicut docet B; auctor remigius scilicet unde et per C, auctor remigius unde D 16 unde et per B 18 dicitur *om.* C 18-19 conscissa] concissa C 19 concisa] concessa D

20 dis cum omnibus compositis corripit hanc sillabam sci in preterito, sicut ait Priscianus (VIII, 14). Unde versus,

Sto, bibo, do, findo, fero, scindo, cetera nullo
Corripienda modo si sint disillaba dico,

supple in preterito. Lucanus in iii a (61),

25 Aut scidit et medias fecit sibi littora terras.

Item Ovidius in principio Methamorphoseon (22),

Nam celo terras et terris abscondit undas.

Invenitur etiam abscondi media producta, et tunc componitur ab abs et cedo, cedis. Unde Ovidius Methamorphoseon xii
30 d (362),

Abscondit iugulo pectusque humerumque sinistrum.

PRESIDIUM dicitur auxilium, defensio et proprie que datur a maioribus. Et dicitur a presideo, des, quod est super alios sedere, preesse et defendere. Item presidium dicitur profugium, scilicet locus munitus ad quem quis profugit ut se
5 defendat ab hostibus.

PRESTO, prestas, prestavi, prestare, prestatum, tu, id est «commodare vel mutuare. Simplex est et activum». Item presto, tas, prestiti, prestare, prestitum, prestitu dicitur «ante stare, preesse et precellere». Et componitur a pre et sto, stas
5 et similiter «prestare, id est exhibere, dare et tribuere». Ita dicit Hugutio (s. v. Stasis). Et dicit quod «omnia composita a sto, stas faciunt preteritum in stiti et supinum in stitum et rato in statum, ut constatum». Priscianus (IX, 38) tamen dicit quod «ab eo composita vetustissimi varie protule-

20 sillabam om. C 24 iii] quarto A 28 etiam om. C; etiam abscondi dis abscondi A; etiam abscondi dis media C

PRESIDIUM 1 datur] dantur B 4 moratus vel munitus A

In marg. fol. 140^v add. D: pressim id est strictim adverbium hoc premium premii dicitur a premo quia per premium solent premere alios vel componitur a pre et emo quasi pre aliis emptum vel a pre et munio quasi pro munio id est pro officio dato predabundus id est habilis ad predandum vel similis predanti

PRESTO (1) 1 tu om. A 2 vel om. BC; et om. C 5 et primum om. B

- 10 runt: asto astitum et astatum, presto prestitum et prestatum». Unde ii Machabeorum ix f (16), «pertinentes ad sacrificia sumptus de redditibus suis prestaturum». Sed secundum modernos prestiturum melius diceretur. Et similiter prestitum et astitum et sic de aliis. Versus differentiales de Gre-
15 cismo (xv, 209-10),

Prestolo, prevaleo, presum, presto quoque dono;
Prestoquo sepe solet accommodo significare.

- Item a presto dicitur prestans, id est ante stans, excellens et comparatur prestantior, prestantissimus. Prestantior dicitur
20 preclarior, excellentior et potior. Et similiter expone participia et nomina verbalia a presto descendunt et hec prestantia, tie et prestabilis, etc.

PRESTO, id est in presenti loco vel presentialiter aut in presentia, adverbium est temporis vel loci. Et dicitur presto quasi pre, id est ante, sto vel in presentia sto. Versus,

- Quinimmo presto pueris adverbia dico;
5 Eligit hoc tempus, signat id atque locum.

Vide infra ubi exponitur quinimmo.

PRESTOLOR, aris deponens est et est idem quod expectare. Et dicunt quod proprie prestolatur ille qui premissus est. Unde componitur a pre et stolos, quod est missio. Versus differentialis qui scribitur in Grecismo (xv, 225),

- 5 Prestolor expecto, prestolor querere dico.

Frequenter in hiis que derivantur a greco non multum curatur a grammaticis utrum brevis aut longa sillaba ponatur nisi positione aut diptongo aut regula producat. Unde quidam dicebat,

- 12 sed] et C 13 diceret C 16 prestolo] presto BD; presum] dicas B; presum quoque prestoquo dono C 22 huius tie A
PRESTO (2) 2 temporis vel qualitatis vel B
PRESTOLOR 2 dicunt proprie quasi prestolatur A 4 differentialis om. B
6 frequenter autem B 7 aut] vel B 8-10 quidam... moriaris] quidam monachus vite sancte cum videret dyabolum expectantem

10 Quid prestolaris? Prestolor quod moriaris.

Posset etiam dici quod prestolor in utraque significatione simplex sit et causa differentie variatur accentus.

PRETORIUM dicitur locus in quo pretor residet. Et dicitur a pretor, pretoris. Est autem pretor idem quod prepositus, sed proprie prepositus est in ecclesia, pretor in civitate.

Unde Papias, pretor dicitur quasi princeps et preceptor sit
5 civitatis. In Grecismo (IX, 104-5) autem scribitur sic,

Castrorum pretor, prefectus dicitur urbis,
Ecclesiarum prepositus sit sive scholarum.

Item Ysidorus Ethimologiarum ix (4,16), « Pretores, idem qui et prefecti, quasi preceptores ». Vel dicitur pretor quasi
10 pre aliis torquens vel quia preest tormentis. Unde pretorius, a, um ad pretorem pertinens et hec pretura dignitas pretoris. Item a pretorium dicitur hoc pretoriolum, id est parva domus in navi. Unde Ezechielis xxvii (6), ubi nostra translatio habet « pretoriola de insulis Italie », alia translatio habet « cel-
15 laria ». Unde versus,

Sunt pretoriola navis cellaria dicta.

PREVARICO, cas, quod melius prevaricor, caris dicitur, idem est quod transgredi vel infringere. Et est compositum a pre et varico, cas vel potius varicor, varicaris, quod est transire vel ambulare vel divertere vel deflectere vel curvare vel clau-

mortem eius ut auferret animam illius quesivit ab eo quid prestolaris et dyabolus prestolor quod moriaris alii dicunt mediam sillabam breve esse dicentes dyabolum respondisse sic ego prestolor ut moriaris B 10 Cf. Walther², no. 25134.

PRETORIUM 1 residet] sedet B 2 Est] et est AD 3 Post civitate add. in
textu C, post civitatis A, in marg. D: Priscianus dicit ubi agit de
speciebus verborum quod pretor dicitur a preeundo 4 dicitur quod
quasi C 5 scribitur om. C 7 sive] ve B 9 preceptores] preposi-
tores BCD; et vel dicitur A 13 xxiiii C 15 versus dicit B 16
Cf. Alex. Nequam fol. 120, v. 15, Dic pretoriola, lector, cellaria
navis

PREVARICO 4 vel primum om. B

- 5 dicare. Et dicitur a varico hec varica, ce, vel secundum Priscianum (v, 39) hec varix, cis. Vena est intercutanea que, si leditur vel itinere vel percussione, reddit hominem curvum et inflatum, et ex lesione facit poplites et coxas turgescere. Unde varus, ra, rum et varicosus, sa, sum, id est curvus.
 10 Unde Persius in fine penultime Satire (5, 189),

Dixeris hec inter varicosos centuriones.

Item dicit Constantinus in Pantegni libro viii, varices sunt vene in cruribus plene et nimium grosse, nascentes de humoribus melancolicis in has venas descendantibus et eas im-
 15 plentibus. Plurimum autem hiis nascuntur qui laborant in pedibus et erecti stant. Descendunt enim humores in has venas que sunt in cruribus, et propter hoc in marmariis plurimum nascuntur et in agro laborantibus et similibus. Significationes earum quia vene torte sunt et grosse, viriditati et nigre-
 20 dini pertinentes. Et a prevaricor dicitur hic prevaricator, id est transgressor, quia pre aliis varicat, id est claudicat et deflectit, a lege etc.

PRIAPUS fuit iuvenis quidam de Lapsaco, civitate Hellespontii. Unde depulsus est propter magnitudinem virilis membri et habitus est pro deo a feminis. Et dicitur deus ortorum propter fecunditatem eorum, quia ortus numquam est sine
 5 fructu. Unde Ovidius in libro Fastorum (1, 415),

At ruber ortorum deus et tutela Priapus.

Vide supra ubi exponitur Beelphegor. Item dicitur deus furum et deus avium. Et ab illo dicitur priapus, virile membrum. Vel secundum Huguitionem (*s. v.* Priaste) a priaste,

5 varico] varica ce B, varica CD; varica huius ce A 6 hec] hic B; huius cis A 7 vel in itinere D 10 penultimo AC, ultime D 12 constantinus in libro medicine qui dicitur pantegni B 17 marinariis AB 19 quia] que C; et *primum om.* C 21 quia] qui C 22 deflectit se a B; etc. *om.* B

PRIAPUS 2 magnitatem D 3 et habitus . . . feminis *om.* C 7 beephegor C 9 priaste] *in marg.* D: priaste grece latine dicitur emere vel redimere unde hic priamus quasi emptus vel redemptus

10 quod est redimere, « quia iacturam humani generis redimit ». Unde hic « priapismus dicitur pudendorum passio vel extensio ».

PRIDEM, id est antea, preterito tempore « adverbium temporis est. Et comparatur prior, primum, unde prime adverbium et primitus. Primo enim et primum nomina sunt et ponuntur quandoque adverbialiter. Et prime componitur
5 apprime, id est valde, vel sunt due partes posite pro una, et tunc retineatur d et dicatur ad prime, et semper media debet produci ». Ita dicit Hugutio, sed primo dictum teneas. Dicit enim Priscianus in tractatu de adverbio (III, 13), quod
10 etiam prime dicitur ostendit Terentius qui compositum ab eo in Andria (60-1) protulit,

nam id arbitror

In vita apprime esse utile.

PRIDIE, id est primo vel priori die, adverbium est temporis. Dies enim componitur cum primus vel prior et dicitur pridie et « inde pridianus, a, um; et cum quot et dicitur cotidie, quod vitio scriptorum scribitur per c, et inde dicitur coti-
5 dianus, na, num; et cum hoc et dicitur hodie, unde hodiernus, na, num; et cum bis et dicitur hoc biduum, et inde biduanus, na, num; et cum tris, quod est tres, et dicitur hoc triduum, unde triduanus, na, num et tridie adverbium quod componitur postridie, id est post tres dies, vel sint due par-
10 tes posite pro una ». Ita dicit Hugutio (s. v. Dyam), sed secundum Priscianum est dictio composita. Dicit enim sic

11 priapismus D

PRIDEM 2 est *om.* B; comparatur pridem prior BC 3 et *primum*] id est C 4 quandoque] aliquando A 5 sunt] sint BC 6 retineant B 7 debet] dicitur D 9-10 et quod etiam D, quod autem etiam AC 10 prime] primo B

PRIDIE 2-3 pridie quasi precedenti die dicitur et pridie et inde pridianus B 3 pridianus] priapinus A, priadinus D 4 scriptoris B 5 et cum *om.* B 5-6 et cum ... num et *om.* C 5 hoc] hec A; et *alterum*] etiam et B 6 hoc *om.* B 8 quod] et B 9 sint] sunt A 11 est *om.* C

(xv, 14), «A quinte declinationis nominibus composita produ-
 dunt e, ut pridie, hodie, postridie». Et nota quod pridie
 more prepositionis accusativo iungitur. Sic dicit Priscianus
 15 et exemplificat (xiv, 38), «pridie Kalendas Ianuarii, pridie
 Nonas, pridie Idus». Unde ii Machabeorum ultimo g (15,
 36-7), «decreverunt nullo modo diem istum absque cele-
 bratione pertransire, habere autem celebritatem tertiadecima
 die mensis Adar, quod dicitur voce siriaca pridie Mardochei
 20 diem», non die, sicut quidam legunt et male. Est enim
 sensus «pridie diem Mardochei», id est in die precedente il-
 lum diem celebrem quem Iudei observabant, xiiii die mensis
 Adar, id est Martii, ob liberationem quam fecerat eis Mar-
 docheus, sicut habetur Hester ultimo g (16).

PRIMA AZIMORUM «est xiiii die mensis quando agnus im-
 molatur et luna plenissima est et fermentum abicitur». Ita
 dicit Papias.

PRIMARIUS lapis dicitur qui primus in fundamento ponitur.
 Item primarius, ria, rium idem est quod primus.

PRIMAS, primatis dicitur primus in populo. Et tunc est com-
 munis generis. Unde hic primatus, tus, tui, id est preminen-
 tia. Et quandoque ponitur pro dominio vel excellentia po-
 testatis. Item primas dicitur qui quandam habet dignitatem
 5 in quibusdam ecclesiis, cuius dignitas dicitur hec primatia,
 tie vel hic primatus, tus, tui. Et tunc primas est masculini
 generis tantum.

PRIMITIE, sicut ait Papias, frugum sunt initia que diis deli-
 bantur. Secundum Huguitionem (s. v. Pridem) «primitie

12-13 producit A 13 ut *om.* BCD; hodie *om.* D 14 sic] sicut BC
 16 nonas maii pridie B; ii] primo ABD; g *om.* A 17 nullo] mille
 D 18 autem] ante D 19 cyriaca B 20 diem non diem AD 21 id
 est *om.* D 23 quam] quem B 24 sicut] sic D; g *om.* B

PRIMA AZIMORUM 1 mensis primi BC

PRIMARIUS 1 ponitur] mittitur D

PRIMAS 4 dignitatem] potestatem B 6 tie *om.* A

proprie sunt que primo de frugibus percipiuntur vel que deo primo offeruntur. Unde primitius, tia, tium, id est precipuus vel inter alios primus. Unde Ovidius *Methamorphoseon* xii b (271-2),

Ecce rapit mediis flagrantem Rethus ab aris
Primitium torrem.»

In Historiis (?) super xxiiii Exodi dicitur sic, primitie sunt
10 primi fructus et offerebantur in Pascha, in Pentecoste et in Scenophegia. Primitia etiam dicitur quadragesmia vel lx pars vel quicquid inter xl et lx dare volebant. Et hoc in liquidis et aridis, de gregibus et de ceteris animalibus, unum de deducendis, ut in Ezechieli habetur. Nota quod hoc no-
15 men primitie, tiarum tantum in plurali invenitur in usu.

PRIMITUS, id est primo vel in principio, adverbium est ordinis.

PRIMOGENITA dicuntur iura primogeniture. Unde super illud Genesis xxv g (34), «comedit et bibit . . . parvipendens quod primogenita vendidisset», dicitur in Historiis (1111), «Erant autem primogenita dignitates quas habuerunt primogeniti in cognationibus suis usque ad Aaron. Habebat enim primogenitus vestem specialem qua induebatur tantum in sacrificio offerendo et recepturus finalem benedictionem a patre. Ipse in sollempnitatibus, in conviviis benedicebat minoribus et in hiis duplicem ciborum portionem recipiebat.
10 Tradunt etiam quod in divisione hereditatis similiter duplum reciperet». Et nota quod primogenitus dicitur primus natus et post quem est alius vel alii. Sic Esau dicitur primogenitus Isaac. Item primogenitus dicitur ante quem nullus nec post quem alius. Et sic Christus dicitur primogenitus Beate

PRIMITIE 3 proprie *om.* D; percipiunt C; vel *om.* C 7 rebus C 8 primitium] principium C, pruniceum *Ovid.* 11 cenophagia C
PRIMOGENITA 1 iura] ius ACD 2 g *om.* B 4 habebant B 5 cognationibus ABC 8 ipse] item C; ipse autem in B; in *alterum*] et B, et in C; conviis C 12 alii et sic B 13 nullus] ullus C 14-15 beate marie virginis A

- 15 Virginis. Primogenita mors dicitur superbia que fuit prima causa apostasie.

PRIMOR, primoris dicitur «maior et dignior in populo vel primus in ordine». Unde primordulus, la, lum, id est aliquantulum primor. Ita dicit Hugutio (*s. v. Pridem*). Et est primor tantum masculini generis. Papias sic exponit primos mores sunt «primarii, primi viri, electi». Oratius in Sermionibus (II, 1,69),

Primores populi arripuit populumque tributim,
id est per tribus.

PRINCEPS dicitur quasi primus capiens. Unde Ysidorus Ethimologiarum ix (3,21), «Princeps dictus a capiendi significatione eo quod primus capiat, sicut municeps ab eo quod munia capiat». Item princeps invenitur pro primus. Unde 5 Virgilius (*Aen.* IX, 535),

Princeps ardentem coniecit lampada Turnus.

PRINCEPS COCORUM grece dicitur archimachiros et dicitur ab archos, quod est princeps, et machera, quod est macellum. Iuvenalis in iii (9,109),

Finxerunt pariter librarius archimachirus.

- ✕ PRINCEPS MUNDI dicitur diabolus quia principatur mundanis hominibus quibus quasi suis pecoribus dominatur.

PRINUS «grece, lentiscus latine». Prino sectio. Ita dicit Papias. In Derivationibus Hugutionis scribitur sic, prinus arbor est, scilicet ilex ut dicunt, et est Grecum.

PRIMOR 2 primordialus C; id est *om.* BC 4-5 prinores C 5 viri] vero C, *om.* AD 7 tributim] tributum B, tribunum C 8 per] pro C

PRINCEPS 2 Ethimologiarum *om.* B 3 quod] qui BC 6 turmus vel nus A

PRINCEPS COCORUM 1 archimaros A, athiros B, archimarchiros D 2 machera D 4 fixerunt C

PRINCEPS MUNDI 2 quasi quis suis B

PRINUS 1 prino sectio *om.* C 2 scribitur sic *om.* C

PRISCUS dicitur antiquus, et pristinus idem. Ambo dicuntur a pridem.

PRIVIGNUS dicitur qui ex priori viro genitus est. Et dicitur sic quasi privigenus, id est ex priori viro genitus vel quasi privatus igne, id est amore, quia parum diligitur a noverca. Et hec privigna dicitur filia prioris viri, sed hec expositio non
5 pertinet ad presens opusculum.

λ PROBatica PISCINA, sicut dicitur in Historiis (1579) super Iohannis v a (2), dicitur a «probaton, quod est ovis, quia Nathinei in ea hostias lavabant. Solet autem et collecta aqua pisces non habens piscina vocari». Hugutio autem dicit sic
5 «probaton grece, ovis latine, unde probaticus, ca, cum, id est pecualis. Hinc est dicta probatica piscina, id est bestialis, quia cadavera bestiarum ibi lavabantur». In idem reddit cum primo dicto.

PROBLEMA, matis, quod latine dicitur «propositio, questio est difficilis habens aliquid quod disputatione solvendum sit . . . Et videtur dici problema a pro et lema, quod est vorago, quia proponitur ut vorat et decipiat». Ita dicit Hugutio, et accepit de Papia et Ysidoro.
5

PROCAX, procacis, omnis generis, dicitur avidus petitor, importunus ad petendum, imprudenter et inverecunde pe-

PRISCUS 1 dicitur] id est C; antiquus vel antiquatus et idem ambo autem B

PRIVIGNUS 2 quasi *primum*] quod D 2 genitus est vel A

In marg. fol. 142^v add. D: privo privare fraudare alienare subtrahere
removere vel privatum facere privatus alienatus ab aliquibus rebus
vel honore et dignitate a privo privus priva privum et privatus vel
et componitur hoc privilegium id est lex privata et singularis ad
unum pertinet vel ad paucos

PROBatica PISCINA 1-2 super om. D 2 dicitur om. B 6 peculiar C;
est *primum* om. C 7 laudabantur B 8 dictio C

PROBLEMA 1 problemma B 3 sit] est C; problemma B; lenma B
5 de] ab BC

PROCAX 1 dicitur om. D

tens, et pertinet ad meretrices. Et comparatur. Unde procaciter, procacius, procacissime adverbia et hec procacitas, tatis,
 5 id est intemperantia vel inverecondia vel impudentia petendi. Et dicitur procax a procus, proci, quod est precator coniugis et nuptiarum. Et dicitur a precando quia frequenter solet precari et petere eam donis quam vult. Unde procor, procaris dicitur proci officium exercere, instanter petere.

PROCELLA dicitur «ab eo quod percellat, id est percutiat, et evellat. Est enim vis venti cum pluvia. Procelle enim aut de fluminibus aut de ventis fiunt». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (11,22). Papias autem dicit sic procella
 5 tempestas, pluvia, repentinus impetus venti, estus, vis marina, fluctus. Et sequitur procelle «non minus sunt terrarum quam celi; tempestates autem fluctuum sunt». Quod autem dicitur procella quasi procul a cella ethimologia est.

PROCERES, ut ait Papias, «sunt principes civitatis quasi procedes eo quod ante omnes honore procedant. Item capita trabium que eminent extra parietes proceres dicuntur» eo quod primo procedant. Unde, facta translatione ad quosdam
 5 nobiles et primores, proceres dicuntur quia cetera multitudini preminent. Et declinatur hic procer, huius proceris, sed raro in singulari invenitur nisi quod Iuvenalis (8,26) dixit,

Agnosco procerem.

10 Grecismus ponit tales versus differentiales (IX, 190-3),

A gravitate baro fertur quod monstrat origo
 Eius, nam grece bares id quod grave signat.
 At proceres vere tu dicas a probitate,
 Sunt proceres vere qui procul a carie.

3 comparatur] componitur C 3-4 procaciter et procacius B 4 huius tatis A 5 temperantia D; verecundia AD 6 a] ad D 8 precor precaris A

PROCELLA 1 precellat ABD; id est] et B 7 quam] qua A
 PROCERES 2 ante om. C 3 proceres] proces D 6 huius om. B 7 sed] et B 13 proceres] procebes A

- 15 Ysidorus autem Ethimologiarum ix (4,17) dicit idem quod Papias supra dixit et addit (31), «baria dicitur grave». Unde baro quasi gravis, id est fortis, cui contrarius est levis, id est infirmus.

PROCONSUL dicitur qui vice consulis fungitur. Unde Ysidorus ix (3,8) Ethimologiarum, «Proconsules subiecti erant consulibus et dicti proconsules eo quod vice consulis fungerentur. (6-7) Consules autem appellati a consulendo . . .

- 5 Nam cum Romani regum superbam dominationem non ferrent annua imperia binosque consules sibi fecerunt . . . Igitur appellati consules sunt vel a consulendo civibus vel a regendo cuncta consilio. Quos tamen ideo mutandos per annos singulos elegerunt ut nec insolens diu maneret et moderatio cito succurreret. Ideo autem duo pares quia unus rem
10 civilem, alter rem militarem administrabat. (9) Exconsules autem dicti quia iam a consulatu exierint, sive discesserint peracto vicis sue anno».

- PROCLIVUS, va, vum et hic et hec proclivis et hoc ve idem significant. Dicitur enim proclivus vel proclivis idem quod inclinatus et differt ab acclivo quia proclivum est in ascensu, sed acclivum in descensu. Item differt a declivo quia decli-
5 vum est deorsum inclinatum vel planum quasi deorsum acclivo. Proclivum autem procurvum est in anteriorem partem quasi preceps et ponitur quandoque pro intento et sedulo et perito, quandoque pro facili. Et componitur a pro et cli-
10 vus, clivi, quod supra expositum est. Vide versus supra positos ubi exponitur imbecillis.

PRODIGIUM dicitur «monstrum ad vastandum paratum».

15 in ix C 17 id est] et C

PROCONSUL 3 consulum A 4 appellati sunt C 8 tamen *om.* D 9-10 moderatio ABD 10 succederet AD; duos AD 11 ministrabat A 12 exierunt C, discesserunt C

PROCLIVUS 1 *ve om.* C 2 enim] autem B 4 sed] vel D 7 quandoque vero B 9 expositum est] exponitur C 10 positos] expositos AD; exponitur] ponitur B

Ita dicit Hugutio (*s. v. Ago*). Et dicitur a prodigo, gis, quod est vastare vel dilapidare. Unde prodigus, ga, gum, id est consumens. Secundum Papiam prodigium appellatum est
 5 quasi prorro dictum eo quod porro dicat, porro significet et aliquid futurum esse protendat. Vel dicere possumus prodigium quasi a digito quia prefigurat remotum et futurum. Vide supra ubi exponitur monstrum.

PRODIRE dicitur devenire, in antea ire. Et componitur a pro et eo, is et interponitur d causa euphonie vel ne videantur due dictiones.

PRODUCO, cis dicitur procul ducere, absentare, extendere, prolongare, vel in conspectum vel in apertum vel extra ducere. Unde hic et hec productilis et hoc le. Opus illud dicitur productile et non est fusile sed productum tunsionibus mal-
 5 leorum.

PROFANUS, na, num quasi procul a fano, id est a templo, dicitur sacrilegus, execratus. Profanum etiam dicitur quicquid non est sacrum. Unde, sicut ait Hugutio (*s. v. Fonos*), profani dicuntur omnes «laici et illiterati quasi procul a fano
 5 scientie». Unde Ezechielis xlviii c (15) super illum textum, «profana urbis erunt» etc. dicit glosa, «Profana urbis, laica scilicet, que passim populo habitare liceat, non quod imunda sint aut aliqua in habitatione terre sancte contaminata putentur, sed quia omnibus preter sacerdotes habitare

PRODIGIUM 4 est *om.* C 6 pretendat B 6-7 possumus dicere quod prodigium dicitur quasi B 7 figurat B

PRODUCO 2 apertum] aspectu B 3 opus autem B 4 et] quod BC; tensionibus B

In marg. fol. 143 add. D: proheres est qui putat se heredem esse cum non sit

In marg. fol. 143^v add. D: profiteri est reddere et solvere debitum unde luce secundo et ibant omnes ut profiterentur singuli in civitatem suam et in eodem ascendit ioseph in iudeam civitatem david que vocatur bethleem ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnante

PROFANUS 1 templo paganorum B 2 etiam *om.* B 5 xxviii C 7 scilicet *om.* C; passim *om.* C

10 permissum sit». Item a profanus profano, profanas, id est execrare, contaminare, violare.

PROFUNDUS dicitur quasi procul a fundo habens superficiem.

PROGRESSIOR, id est longior vel prolixior, dicitur a progredior, progredieris, quod est procul vel in antea gradi.

PROPHETA, quasi prefator a predicendo futura, dicitur a profor, profaris, quod est procul ab intentione fari, scilicet aliud verbo proferre et aliud corde. Vel dicitur a pro vel procul et phonos, quod est sonus quasi longe provisus pronuntians. Unde hec prophetissa et propheticus, ca, cum et propheto, tas et prophetizo, zas. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum vii (8,1), «Quos gentilitas vates appellavit, hos nostri prophetas vocant quasi prefatores quia porro fantur et de futuris vera predicunt. Qui autem a nobis prophete in
10 veteri testamento videntes appellabantur quia videbant ea que ceteri non videbant et prespiciebant que in misterio abscondita erant».

PROPHETARE multis modis dicitur; prophetare enim est futura predicere, ut Isaie vii e (14), «Ecce virgo concipiet» etc. Item prophetare dicitur preterita narrare, ut Genesis i (1), «In principio creavit deus» etc. Item prophetare dicitur alibi
5 facta absens nuntiare. Unde iiii Regum v g (26) dicebat Eliseus, «Nonne cor meum in presenti erat quando reversus est homo de curru suo in adventum tuum». Item prophetare

10 sit] est A 11 execrare] extrahere A

In marg. fol. 143^v add. D: hic et hec profuga profuge qui de uno exercitu fugit ad alium ieremie xxxix d

PROFUNDUS 1 quasi om. B

PROGRESSIOR 1 progressio D

PROPHETA 1 predicando C; vel a D 3 proferre om. B; aliud in corde habere BC; pro vel om. D 5 hec om. C 6-7 Ethimologiarum om.

C 7 vii quondam quos B 9 et de futuris om. D 11 prospiciebant C; mysteris B

PROPHETARE 2 ut] unde C 4 deus celum et terram etc. C; dicitur] est B 7 est om. A; cursu D

est prophetias recitare. Unde i Paralipomenon xxv a (1),
 «David et magistratus exercitus segregaverunt in ministerium
 10 filios Asaph et Eman et Iditun qui prophetarent in citharis» etc. Item prophetare est laudes deo canere, Numerorum
 xi e (29), «Quis tribuat ut omnis populus prophetet» etc. Item
 prophetare est docere. Unde primo ad Corinthios xiii a (1),
 «emulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis», et
 15 Actuum xiii a (1), «Erant in ecclesia que erat Antiochie prophete et doctores». Item prophetare est proloqui vel prolocutoris officium exercere. Unde Exodi vii a (1), «Aaron frater tuus erit propheta tuus», id est prolocutor. Item prophetare dicitur prefigurare. Sic Iosue dicitur propheta quia
 20 Christum prefigurabat. Unde Ieronimus in prologo super Iosue «decrevimus dum spiritus hos regit artus prophetarum explanationi incumbere».

PROPHETIA est prescientia futurorum. Item (*Papias*) «prophetia est rerum latentium preteritarum vel presentium vel futurarum, ex divina inspiratione manifestatio». Dico autem, ex divina inspiratione quia illi qui aut demonum instinctu
 5 aut aliis modis latentia dicunt, licet prophete dici possint, tamen inter divinarum scripturarum non numerantur auctores. Latentium dico quia si quis iam cognita dicat, licet futura sint, tamen propheta non est, sicut nos cum resurrectionem predicamus, prophete non sumus. Prophetie autem tria
 10 sunt tempora: presens, preteritum et futurum. De presenti, sicut i ad Corinthios xiii f (24), «Si omnes prophetent, intret autem quis infidelis aut idiota, convincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta enim cordis eius manifesta fiunt». Per hoc quod dicitur «occulta cordis manifesta

8 ij in C 9 segregarunt C 10 propharent D 11 laus C 15 erat] erant AD 16 postloqui C 17 a om. C 19 sic] sicut A 21 regerit D 22 incumbere C; *post* incumbere *add.* B: item prophetare est more arrepticiozum aliena referre unde regum xviii dicitur quod saul prophetabat in medio domus sue

PROPHETIA 2 vel *primum* om. A 4 demonium instructu C 8 nos om. B 11 xiii A 14-15 per ... fiunt om. A 14 quod om. B

15 fiunt» ostenditur quod prophetie spiritus non predicit hic
 quod futurum est, sed ostendit quod est. Prophetia autem
 est non quod predicit futura sed quod ostendit. De preterito
 est prophetia, ut Genesis i (1), «In principio creavit deus
 celum et terram». De illo enim tempore dixit homo quando
 20 non erat homo. De futuro autem est prophetia, sicut Isaie
 vii (14), «Ecce virgo concipiet». Omnia ista scribuntur in
 Papii. Ysidorus autem in vii (8,33-6) Ethimologiarum ponit
 vii genera prophetie dicens, «Primum genus prophetie di-
 citur extasis, quod est mentis excessus, sicut vidit Petrus
 25 vas illud submissum de celo in stupore mentis, cum variis
 animalibus (Actuum x b). Secundum genus est visio, sicut
 Isaie vi a, 'Vidi dominum sedentem super solium excel-
 sum'. Tertium genus est sompnum sicut Iacob subnixam
 in celo scalam dormiens vidit (Genesis xxviii d). Quartum
 30 genus est per nubem, sicut ab Moysen et ad Iob post plagam
 loquitur». De Moyse habetur Exodi xix c (9), «veniam ad te
 in caligine nubis ut audiat me populus loquentem ad te».
 De Iob habetur Iob xxxviii a et xl a. «Quintum genus est
 vox de celo, sicut ad Abraham sonuit dicens (Genesis xxii)
 35 'Ne extendas manum tuam super puerum', et ad Saulum
 (Actuum ix) 'Saul, Saul, quid me persequeris?' Sextum
 genus est accepta parabola, sicut apud Salomonem in Pro-
 verbiis et apud Balaam cum evocaretur a Balac (Numerorum
 xxiii f) 'assumpta parabola ait' etc. Septimum genus est
 40 repletio sancti spiritus, sicut pene apud omnes prophetas».

PROLIXUS, a, um dicitur productus et longus et componi-
 nitur a pro et lixa, lixe, quod est «mercennarius, garcio qui
 sequitur curiam et portat aquam in castris exercitus». Et
 dicitur a lixen, quod est aqua. Unde a longis lixarum pas-

15 hic *om.* C 16 ostendit occulta A 18 ut] ait AD, cum ait C
 19 terram etc. B 27 vide C; sedentem *om.* C 28 est *om.* B 31
 dicens loquitur C 33 Iob autem habetur B 39 f *om.* C 40 re-
 plectio D

PROLIXUS 2 quod] que B 3 exercitus *om.* A

- 5 sibus tractum est hoc nomen prolixus. Unde hec prolixitas.
Et comparatur prolixus. Ita dicit Huguitio (*s.v.* Luxos).

PROMISCUUM VULGUS dicitur ex utroque sexu permixtum.
Et declinatur promiscuus, cua, cum. Et dicitur a promi-
sceo, ces, quod est procul vel ante vel pro aliquo miscere.
Item promiscuum genus, quod grece epicenon, id est supra
5 commune, dicitur, est cum sub uno articulo utriusque
sexus animal denotatur.

PROMULGO, gas dicitur pronuntiare, manifestare. Unde par-
ticipialia et verbalia nomina dirivantur. Et dicitur promul-
gare quasi promptum et manifestum multis agere.

PROMPTUARIUM dicitur cellarium, de quo dicit Ysidorus
Ethimologiarum xv (5,6), «Promptuarium dictum eo quod
inde necessaria victui promuntur, id est proferuntur». Unde
hic promus, promi dicitur custos promptuarii. Unde qui-
5 dam dicebat,

Gaudeat ista domus quoniam bonus est ibi promus.

Et dicuntur ista a promo, promis, prompsi, promere, prom-
ptum, tu, quod est manifestare, expedire, ore dicere, ex-
trahere, proferre. Unde promptus, ta, tum, id est paratus et
10 expeditus ad aliquid agendum vel dicendum. Unde prom-
ptulus diminutivum, id est aliquantulum promptus. Item
inter cellarium et promptuarium assignatur talis differentia,
quod cellarium est paucorum dierum, promptuarium vero
longi temporis.

5 hec *om.* C

PROMISCUUM VULGUS 5 communem A 6 denotatur ut mustela vulnus C
PROMULGO 1-2 participia C 3 promptum] prompter B

In marg. fol. 144 add. D: provulgo dicitur a promo promis quod est
propencius extensius propudor id est confusio forte manifestare
prolixè cumulate copiose

PROMPTUARIUM 1 proptuarium D 2 proumptuarium D 3 prompte
promuntur B; id est *om.* C 5 dicebant B 6 ibi] sibi ABD; pri-
mus B 9 ferre D; id est *om.* D 13 quod] quia D; est *om.* C
13-14 vero est longi B

PRONUBA dicta Iuno est quia nubentibus preest quasi pronuba, et generaliter pronuba dicitur que nubenti assistit. Unde ait Ysidorus Ethimologiarum ix g (7,8), «Pronuba dicta eo quod nubentibus preest, queque nubentem viro
 5 coniungit. Ipsa est et paranympa quasi iuxta nympham. Nam nympa dicitur sponsa in nuptiis a nympa, quod est aqua, pro lavationis officio». Invenitur etiam hic pronubus sicut et hic paranympus. Unde Iudicum xiiii g (20) dicitur quod «uxor Sampsonis accepit maritum unum de amicis eius et pronubis», id est paranympis sibi astantibus.
 10 Versus,

Pronuba curtatur, cui pronubus associatur.

PROPAGO, gas dicitur extendere, protendere. Unde hec propago, id est progenies, linea originis, extensio, flagellum vitis extensum sub terra. Versus differentialis (*Serlo* 2, 93),

Vitem propago, bibet inde futura propago.

5 Vide infra ubi exponitur vitis.

PROPIITIATORIUM erat «tabula aurea eiusdem longitudinis et latitudinis cuius et archa, ut archam tegere sufficeret. De spissitudine eius non legitur. Hoc dicebatur oraculum quia dominus de illo loco responsa dabat. Responsum autem
 5 divinum dicitur oraculum quia orantibus datur. Dicebatur etiam propitiatorium quia exinde loquens dominus propitiabatur populo vel quia die propitiationis dicebant gloriam domini semper ibi descendere. Ex utraque vero parte oraculi, scilicet in duobus angulis anterioribus, positi sunt duo
 10 cherubin aurei et productiles, non scilicet fusiles sed tusionibus malleorum producti». Ita scribitur in Historiis (1170) super Exodum (25). In glosa autem ad Hebreos ix (5) dicitur quod dicebatur «propitiatorium sive oraculum» quia ibi

PRONUBA 4 eo quod] est quia B 7 sic AD 8 et om. D

PROPAGO 1 unde et hec C 2 id est] hec A 4 vitis CD

PROPIITIATORIUM 3 spissitudine vero eius D; hoc] hec BC; oraculum
 responsorum D 4 loco om. A 6 etiam] et C 9 sunt] erant B
 12 Exodum] eodem D

apparēbat angelus domini loquens Moysi quando dominus
15 propitiaturus era populo. Vide infra proximo.

PROPITIUS, tia, tium dicitur bonus, benignus, mitis, misericors, prosper, placatus. Et dicitur a prope. Unde propitiōr, aris dicitur esse vel fieri propitium. Unde hec propitiatio, id est placatio, misericordia et hoc propitiatorium,
5 id est locus propitiandi quasi propitiationis oratorium. Ita ethimologizat Papias. Propitiationis festum expositum est supra ubi exponitur neomenia.

PROPINO, nas dicitur potum miscere, amministrare. Unde Ovidius (A.A. 1, 587),

Vide procurator nimium ne vina propinet.

Et dicitur a propina. Hec propina, ne dicitur locus iuxta
5 publica balnea ubi, post balnea, homines reficiuntur a fame et siti. Et dicitur propina quasi procul a pina, id est fame. Ysidorus in xv (2,42) Ethimologiarum ubi agit de edificiis publicis sic ait, «Propina grecus sermo est que apud nos corrupte popina dicitur. Est autem locus iuxta publica bal-
10 nea ubi post lavacrum a fame et siti reficiuntur. Unde et propina et propinare dicitur. Pina enim grece famem significat eo quod hic locus famem tollat».

PROPUGNO, nas dicitur procul vel pro alio pugnare vel valde pugnare. Unde hoc propugnaculum, de quo dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (2,20), «Propugnacula sunt pinne murorum, sic dicta quia ex hiis propugnatur». Quid sit pinna
5 quere supra ubi exponitur pinnaculum.

14 apparet C 15 populo om. C

PROPITIUS 2 placatus condescendens et compatiens hominum afflictionibus et dicitur B 4 placatio] placationum C

PROPINO 1 aut ministrare A 2 ovidius metamorphoseon D 3 vide] inde BC, om. D; propinator B; propinet] propines A 4 dicitur *primum* om. C; propina *primum*] propino C; huius ne A; ne om. B 7 in om. C 8 propina] popina ABD; que] qui BCD 9 popina] propina O; autem] enim B 10 fama C 12 in loco illo fames recedat B

PROSELITUS, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum vii g (14, 10), dicitur «advena et incircumciscus qui miscebatur populo dei». Secundum Papiam proselitus dicitur advena et peregrinus transiens de una lege ad alteram, «adventicius, de
5 quo in Psalmo (93,6), 'Viduam et pupillos interfecerunt et proselitum occiderunt'». Alia est translatio quam nostra. Quod autem dicitur proselitus quasi procul a solo situs, ethimologia est. Communiter autem dicuntur proseliti de gentibus ad ritum Iudeorum conversi. Et sic exponunt glose.

PROSPER, ra, rum dicitur faustus, secundus, levis. Et componitur prosper a procul et asper quasi procul ab asperitate, id est absque molestia vel adversitate. Aliqui tamen dicunt quod prosper componitur a prope et spera quasi prope spe-
5 ram. Sic et asper ab a, quod est sine, et spera quasi sine spera. Et secundum istos spera primam corripit sillabam, et inniuntur auctoritati Prudentii (*Apotheosis* 210),

Cuius ad arbitrium spera mobilis atque rotunda etc.

Item a prosper dicitur hec prosperitas, id est successus vel
10 felicitas, et prospere adverbium, id est fauste, feliciter et secunde, et prospero, ras verbum activum, id est prosperum facere. Invenitur etiam prosperor, aris verbum deponens, id est prospere agere. Unde in Psalmo (117,25), «O domine, salvum me fac; o domine, bene prosperare».

PROSTIBULUM dicitur lupanar, domus meretricis. Et secundum Ysidorum Ethimologiarum xviii (42,2) dicitur a prosternendo «eo quod post ludos peractos ibi meretrices prosternerentur». Vel melius dicitur a prostituo, is, quod

PROSELITUS 4 alteram legem A 5 pupillos] advenam C 7 dicitur om. D

PROSPER 1 secundus] facundus A 2 ab asperitate] a prosperitate D 3 molestia] violentia C 4 spira C 5 asper componitur ab A; spera *primum*] spira C 8 retunda C; etc. om. B 10-11 fecunde A 14 prosperare etc BC

PROSTIBULUM 3 paratos B 4 posternuntur B

5 est pro pretio statuere, proponere quia meretrices pro pretio se statuunt. Unde hec prostibula dicitur meretrix.

PROTELO, las dicitur prolongare, differe. Et componitur a pro et telo, las, quod idem significat, et dicitur a telon grece, quod est longum latine. Tamen telo, las non est in usu.

PROTERVUS dicitur valde torvus, crudelis, terribilis. Et componitur a pro vel prorsus et torvus quasi valde vel omnino torvus. Torvus autem dicitur crudelis, terribilis quia sit torto vultu. Et dicitur a torqueo, torques, torsi, quere, tor-
5 sum vel tortum, quod est cruciare, flectere, volvere, mittere vel iaculari.

PRO TRIBUNALI, id est in tribunali, protheseos paralange, id est prepositio pro prepositione. Pro tribunali, id est ad tribunal. Vel pro tribunali, id est pro iudicio dando in tribunali, id est in sede iudicaria. Tribunal exponitur infra in
5 suo loco.

PROVECTUS, ta, tum dicitur procul vel ante vectus, promotus, sublimatus, auctus, cumulatus. Unde provecta etas dicitur annis aucta et cumulata. Et dicitur a proveho, provehis, quod est procul vel ante vehere, promovere, extollere.

PROVERBIUM dicitur similitudo, parabola, ubi aliud dicitur et aliud intelligitur, quasi verbum pro verbo positum vel quasi verbum pro alio. Unde proverbior, aris dicitur, id est proverbialia dicere vel proverbialia vituperare. Vide supra ubi
5 exponitur parabola.

6 statuerunt A

PROTELO 3 grece *om.* C

PROTERVUS 1 terribilis *om.* D 4-5 torsum su vel tortum tu A

PRO TRIBUNALI 1 palange A 1-2 paralange est id est C 2 prepositio *om.* D; pro] cum C; prepositione vel protribunali BC 4 iudicaria] iudicatoria B; infra in *om.* B

PROVECTUS 1-2 promotus vel sublimatus C 2 auctus] ductus B 3 proveho C

PROVERBIORUM LIBRUM edidit Salomon. Inde dicit Ysidorus Ethimologiarum vi (2,18-19), «Salomon, filius David, regis Israel, iuxta numerum vocabulorum suorum tria volumina edidit. Horum primus est Masloth, quod Greci
 5 Parabolae, Latini Proverbia vocant eo quod in ipso sub comparativa similitudine figuras verborum et imagines veritatis ostenderit. Ipsam autem veritatem ad intelligendum legentibus reservavit».

PROVINCIA, quasi procul victa, dicitur regio procul posita et devicta. Unde Papias, provincie ex causa vocabulum acceperunt, «principatus namque gentium qui ad reges alios pertinebant, cum in ius suum Romani vincendo redigerent,
 5 procul positas regiones provincias appellaverunt». Item provincie appellantur confinia regionum.

PROVOCARE dicitur irritare et secundum Papiam provocare dicitur poscere, porro vocare.

PRUINA, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (10,8), «est matutini temporis frigus, que inde pruine nomen accepit, quia sicut ignis urit, a pir grece, quod est ignis. Urere enim et ad frigus et ad solem pertinet . . . nam et calor urit
 5 . . . et frigus urit». Vide supra ubi exponitur gelu. Vel dicitur pruina a perurendo.

PRUNA, prune dicitur carbo vivus vel ignitus et dicitur a perurendo. Item hec prunus dicitur quedam arbor cuius fructus hoc prunum dicitur. Unde versus,

Igne calet pruna, fert prunus dulcia pruna.

PRURIO, ris verbum quarte coniugationis, dicitur molliter effluere, pruritum habere, et pro fastidire invenitur. Unde

PROVERBIORUM 2 in vi eth A 4 primum BC; est *om.* C 5 vocant] dicunt B; ipso] ipsa A 7 ostendit B 7-8 legem B
 PRUINA 3 ignis latine A 6 pruina *om.* B
 PRUNA 1 vivus] ignis B 2 hec *om.* D 3 prunum] primum D
 PRURIO 1 verbum est B

pruriens participium et hic pruritus, tus, tui et hec prurigo, ginis idem quod pruritus, scilicet ardor et exustio carnis vel
 5 aurium, cogens ad scalpendum. Item prurigo dicitur ipsa scabies que prurimum infert et ardorem. Unde dicitur prurigo quasi perurigo vel quasi perustionem agens et prurio quasi perurio, et videtur ethimologia esse.

PSALLO, lis, li, lere dicitur «exultare, iubilare, congaudere vel cantare. Proprie vero psallere est gestu corporis exprimere gaudium mentis, et hoc quadam digna qualitate vocis». Unde psalterium quoddam instrumentum musicum quia in
 5 eo psallebantur et cantabantur psalmi. Et hinc «psalterium dicitur ubi psalmi continentur. Vel psalterium grece, hebraice nabulum», latine organum dicitur. Unde «hic psalmus, mi quia ad psalterium cantabatur». Et «componitur psalmus cum oda, quod est cantus, et dicitur hec psalmodia». 10 Ita dicit Huguitio. Et nota quod psallo, psallis caret supino. Vide versus infra ubi exponitur salio, lis. Item dicit Huguitio quod «psalmus dicitur psalma tis, et hec psalma me, idem quod psalmus. Et componitur hoc simpsalma tis, diapsalma tis et hec simpsalma me et hec diapsalma me». 15 Que exponit Ysidorus dicens in vi (19,15) Ethimologiarum ubi agit de officiis, «Psalma sit quod psallitur, diapsalma vero interpositum in psallendo silentium, ut quemadmodum simpsalma dicitur vocis copulatio cantando, ita diapsalma disiunctio earum ubi quedam requies distincta continuationis 20 ostenditur. Unde illud probabile est, non coniungendas sententias in psallendo ubi diapsalma interpositum fuerit, quod

4 huius ginis A 8 perurio] perurigo C
 PSALLO 1 psallio C 3 hoc] hec AD; digna *om.* B 4 unde hoc psalterium dicitur C, unde et psalterium D 5 psallebatur AC 7 nabla AC, nabulum D 8 huius mi A 9 hec *om.* C 11 salio] psallo D 12 quod a psalmus BC; psalmus dicitur psalmus A; huius tis A; huius me A 13 idem est quod B; hoc] hec BC; simpsalma huius tis A 14 diapsalma] et hec diapsalma BC; simpsalma huius me AC; et hec diapsalma me *om.* B; diapsalma huius me A; me et diapsalma que C 16 fit AB 19 eorum BCD; ubi] ut B

ideo interponitur ut conversio sensuum vel personarum esse noscatur».

PSALTERIUM nomen accepit a quodam musico instrumento quod hebraice nablum, grece psalterium a psallim, quod est tangere, latine organum dicitur, quod est decacordum et a superiori reddit sonum per manum tactum. Ab illo instru-
 5 mento ideo nominatur liber Psalterium quia ad vocem illius instrumenti David decantabat psalmos ante archam in tabernaculo domini. Et dicit Papias quod «psalterium ideo cum melodia cantilenarum suavium ab ecclesia frequen-
 10 tatur, quo facilius animi ad compunctionem flectantur. Primitiva autem ecclesia ita psallebat ut modico vocis flexu faceret resonare psallentem ita ut pronuntianti vicinior esset quam canenti; propter carnales autem in ecclesia non propter spirituales consuetudo cantandi instituta est, ut qui verbis non compunguntur suavitate modulationis moveantur». Sic
 15 namque et Beatissimus Augustinus in libris Confessionum Suarum (x, 33) consuetudinem canendi approbat in ecclesia ut per oblectamenta infirmior animus ad affectum pietatis exsurgat. Nam ipsis sanctis dictis religiosius et ardentius moventur animi nostri ad flammam pietatis cum
 20 cantatur quam si non cantetur. «Omnes enim affectus nostri pro sonorum diversitate nescio qua occulta familiaritate excitantur magis quando suavi et artificiosa voce cantatur».

PSALTES, psalte dicitur peritus in cithara vel organo. Unde i Paralipomenon xxiii a (5), «quattuor milia ianitores et to-

22 per sensum C 23 dinoscatur A

PSALTERIUM 1 instrumentum AD 2 psalin C, psalmi D 3 dicitur om. C 6 David] deo B; psalmos] psalmo B 7-8 ideo cum] idem est cum B 10 flexu] fletu B 11 pronuntiati C 13 consuetudo om. AB 14 modulaminis BD 15 libris] libro B 17 oblectamenta inquit aurium infirmior BC 18 sanctis] psalmis B 19 nostri] fidelium B 20 cantaretur B 21 qua] quam D 22 quando] quam O 22-23 cantetur D

PSALTES 1 vel in organo C 2 xxii D

tidem psalte canentes domino in organis» etc. «Tradunt philosophi quod armonia letum reddat letiorem et tristem
 5 tristiolem et dicunt mathematici quod multi demones armoniam ferre non possunt et quandoque nulli». Ita scribitur in Historiis (1310-11).

PSEUDO grece, latine dicitur decipiens vel falsus. Unde pseudoapostolus, id est falsus apostolus, et pseudopropheta, id est falsus propheta, vanus et decipiens. Et in hiis et in similibus potest esse compositio vel appositio. Et est pseudo
 5 utriusque numeri et indeclinabile et omnis generis. Unde et pseudolus, la, lum dicitur, id est falsus et fallax. Vel pseudolus dicitur falsus servus a pseudo et dulos, quod est servus.

PUBERTAS dicitur «etas definita, scilicet xiiii annorum vel qua puer pubescit. Et inde dicitur puberto, tas in pubertate esse vel pubertate florere». «Item pubertas dicitur collectio puerum», id est iuvenum, et dicitur a puber, beris. Item
 5 nota quod hec pubes, pubis dicitur «etas pueri xiiii annorum. Item pubes dicitur collectio talium iuvenum proprie». Et pubes dicitur prima barba, scilicet lanugo et proprie inferior, scilicet pecten. Unde et dicitur pubes «quasi pudendorum nubes. Unde pubeo, bes, bui, id est crescere vel pubem
 10 emittere et inde pubesco, cis inchoativum, id est barbescere, crescere vel pubere, idem est quod pubes esse, id est tali etate esse vel talem etatem ducere vel habere. Item a pubes hic et hec puber, ris vel pubes, pubis, id est puer pubem iam

3 psaltes AD; canentes in domino A; etc. om. B 4 letitiorem C; et om. B; tristem vero B 5 mathematici id est divini D; quod] et A 6 et] e C 7 Post Historiis add. in textu AB, in marg. D: scire facit mathesis sed divinare mathesis (Grec. x, 211) (media sillaba producta A)

PSEUDO 1 vel] et A 2 pheudo apostolus B; id est falsus apostolus om. BC 3 et deceptor vel decipiens B; in alterum om. B 5 et alterum om. B 6 dicitur om. C; et] vel CD

PUBERTAS 3 vel in pubertate A; item] et BC 5 hec om. CD 8 pecten] peccatio D 9 bui bere A; vel pubem om. C 11 est grimum om. D; pubes] pubem D 13 pubes] pube C; iam om. A

habens vel emittens, scilicet qui iam generare potest. Et hoc
 15 incipit esse proprie a xiiii annis, sed femina incipit potens
 esse viri ab annis xii, et ita volunt quidam puberem ex annis
 dici, scilicet qui xiiii annos expleverit quamvis tardissime
 pubescat. Sed certum est puberem esse qui ex habitu cor-
 poris puberem ostendit ut generare iam possit. Unde et pubes
 20 dicitur a pube, id est a pudendis corporis, quia hec loca tunc
 primo lanuginem emittunt . . . Puber componitur hic et hec
 impuber, impuberis. Et similiter pubes componitur hic et
 hec impubes, impubis in eodem sensu, scilicet puer qui
 nondum habet barbam». Ita dicit Hugutio (s. v. Pupus).

PUBLICUS, ca, cum dicitur communis, sed proprie com-
 mune est quod pertinet ad omnes homines eiusdem civitatis,
 publicum quod ad omnes generaliter. Inde publico, cas, id
 est divulgare, commune facere. Et dicitur publicus a Publio.
 5 Publius enim fuit quidam qui primo rem suam fecit com-
 munem et publicam. Et a publicus dicitur publicanus, na,
 num, quod exponit Ysidorus Ethimologiarum ix (4,32) ubi
 agit de imperiis dicens, «Publicani appellantur conductores
 vectigalium fisci vel rerum publicarum sive qui vectigalia
 10 publica exigunt vel qui per publica negotia seculi lucra
 sectantur».

PUELLA, ut ait Ysidorus Ethimologiarum xi (2,12) ubi agit
 de etatibus, «Parvula est quasi pulla» vel quasi per diminu-
 tionem dicitur a puero. Dicitur enim hic puer, unde hic
 puellus diminutivum, a quo hec puella. Vel secundum Pri-
 5 scianum (III, 37) antiqui dicebant hec puera puere, unde hec
 puella diminutivum. Versus de Grecismo (x, 37-8),

Virgo pudicitiam notat etatemque puella,

14 scilicet puer qui D; hoc] hec AD 17 explevit B 21 primo]
 primum BC
 PUBLICUS 2 est quod] esse D 3 publicum autem quod B 3-4 id est
 om. D 4 communem D; et] idem B; publicus] publicum C; a
 publico cas vel a publico B 5 quidam om. B; facit A
 PUELLA 2 quasi *primum* om. BC 2-3 diminutionem vel dicitur C
 3 puero] puera C 4 diminutivum om. C; hec] exit B, om. C

Sed tamen improprie pro virgine pone puellam.

PUER «a puritate vocatur quasi purus et necdum lanuginem floremque genarum habens». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (2,10) ubi agit de etatibus, et subdit ibidem (11), «Puer tribus modis dicitur: pro nativitate, ut 'Puer natus
5 est nobis' (Is. 9,6), pro etate, ut octennis, decennis, . . . pro obsequio et fidei puritate». Sic prophete pueri dicebantur. Nota distinctionem etatis humane supra positam ubi exponitur adoleo, adoles.

PUGNUS, pugni dicitur manus clausa cum compressione digitorum. Et dicitur a pungo, gis, pupugi, quod est stimulare vel configere quia, cum pungere manu volumus pugnum facimus et cum eo pungimus. Item pungere dicitur punctum
5 facere, sicut fit in libro, et tunc facit punxi in preterito. Item a pugnus, pugni dicitur hic pugillus diminutivum. Et, sicut dicit glosa Isaie xl (12), «Pugillus est contractis digitis pugnus». Quandoque tamen accipitur pro modico, quod quasi potest comprehendi in pugno, quod tamen proprie hoc pugillum dicitur. Sicut enim dicit Huguitio (s. v. Pungo) hoc
10 pugillum dicitur illud «quod pugno defertur et in quo scribitur, ut liber vel tabella vel carta . . . et idem hoc pugillaris, et hoc pugillare laris et hic pugillaris in eodem sensu, scilicet penna vel cornu vel tabula manualis. Unde Luce ii f
15 (1,63), 'postulans pugillarem scripsit' etc . . . Et hic et hec pugillaris et hoc lare ad pugnum pertinens». Ita scripsit Huguitio.

PUGIO, onis «a pungendo et transfigendo vocatus. Est enim

PUER 1 vocatur] dicitur C; nundum D 2 floremque om. C 5 est om. B 6 sic] sicut C

PUGNUS 1 cum] a C; comprehensione AD 2 pupugi om. C 8 accipitur] sumitur A 9 tamen] magis BC 11 pugno] pugillo B; defertur vel pugno et B 13 laris alterum] huius laris A 13-16 laris alterum . . . lare om. B 16 pugnum] punctum C; scribit B

PUGIO 1 vocatus est est BC

gladius parvus et bis acutus, lateri adherens. Idem et clunabulum dictum eo quod religetur ad clunem». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xviii (6,6) ubi agit de gladiis.

PULEX dicitur a pulvere eo quod ex pulvere nascitur. Unde ait Ysidorus Ethimologiarum xii (5,15) ubi agit de vermibus, «Pulices vocati sunt eo quod ex pulvere magis nutriantur». Quod autem dicitur pulex quasi in pulvere latens ethimologia
5 est.

PULMENTUM secundum Huguitionem (s.v. Palim) dicitur «cibus delicatus et suavis, et hoc pulmentarium pro eodem. Item pulmentum vel pulmentarium dicitur quilibet cibus preter panem», companage in gallico. Et, sicut dicit Ysidorus
5 Ethimologiarum xx a (2,7), «Pulmentum dicitur a pulte; sive enim sola puls sive quid aliud eius permixtione sumatur, pulmentum proprie dicitur». Idem in eodem (27), «Pulpa dicitur eo quod cum pulte olim mixta vescebatur. Unde et pulmentum et pulmentarium dictum». Hec puls, pultis
10 dicitur cibus ex aqua et farina confectus sicut gruellum. Pulpa est caro sine pinguedine, sicut est tumida et grossa caro brachiorum et crurum, et dicitur a palpando quasi palpo quia palpitat et resilit. Vide supra ubi exponitur palpare.

PULMO, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xi (1,124), «ex greco trahit vocabulum. Greci enim pulmonem pleumon vocant eo quod cordis flabellum sit in quo pneuma, id est spiritus, inest, per quod et agitur et movetur. Unde et
5 pulmones vocati sunt. Nam grece pneuma spiritus dicitur

2 idem] ideo B 2-3 cunabulum C

PULEX 1 pulex pulicis B; eo quod] quia BC 4 quod] quia A; dicitur pulex dicitur D

PULMENTUM 1 dicitur om. B 2 cibus est delicatus B; hoc om. B 4 companage D 7 et idem D 8 pulte] pulpe D 9-13 Hec... palpare in marg. D, om. B 9 pultis om. C 11-13 pulpa... palpare in marg. A 11 est *primum*] vero C 13 palpitat] palpat A, palpitat C

PULMO 5 pneuma] pleuma B

qui flando et agitando aerem emittit et recipit, a quo moventur pulmones et palpitant et aperiendo se ut flatum capiant, stringendo ut eiciant.»

PULLI «dicuntur omnium avium nati, sed et animalium quadrupedum nati pulli dicuntur, et homo parvus dicitur pullus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,5) ubi agit de avibus. Et nota quod pullus diminutivum est a pupus.
 5 Nam pupus, pa, pum dicitur parvus. Unde pullus, la, lum, id est parvus, et hic pullus, id est avis vel quadrupedis natus quia parvus est. Item pullus, la, lum dicitur niger, et tunc dicitur pullus a polluo, luis quasi pollutus. Item a pullo pro nato avis dicitur hic pullulus diminutivum, et inde dicitur
 10 pullulo, las, id est germinare, multiplicare, facta translatione a pullis qui producuntur multipliciter ex ovis.

PULVINAR, naris, id est cervical, dicitur a pluma vel a pullo quia de plumis pullorum solebant fieri. Et hic pulvinus idem, a quo et hic pulvillus dicitur diminutivum. Et dicit Papias quod pulvinus est «privati hominis cervical» vel culci-
 5 tra. Pulvinar vero ac «pulvinaria principum» sunt vel regum. Item pulvinaria dicebantur lectisternia que sternebantur in templis. Item pulvinaria dicebantur res divine, sacra, sacrificia, foci, are, penetralia, sollempnia, templa numinum, cultus, ceremonie. Item pulvini sunt «machine quibus naves
 10 deducuntur et subducuntur in portu». Ita dicit Papias et sumpsit ab Ysidori Ethimologiarum xix (2,16; 26,4).

PULVIS dicitur «quod vi venti pellatur. Tollitur enim eius flatu nec resistit nec stare novit. Unde David 'tamquam

7-8 capiat et BD 8 stringendose C

PULLI 2 dicuntur] dicimus C 3 ita] item B 5-7 pullus . . . item om. B
 8 polluo] pollio C; pollutus] pollitus C; pullo] pullus C 9 dicitur
 om. BC

PULVINAR 1 id est om. B 6 sternebant D, sternebantur antiquitus in B
 8 foci are] sociare B; numinum] munimen D 11 ix A

PULVIS 1 quod] quasi D; vi] vis D; pellitur D, pulsatur A; eius
 om. AD

pulvis, quem proicit ventus a facie terre' ». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi a (1,1). Et declinatur hec pulvis vel
5 pulver, huius pulveris.

PUMEX, pumicis masculini generis lapis est levis et cavernosus. Et dicitur pumex quasi spumex «eo quod spuma densitate concretus sit», sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (3,7) ubi agit de lapidibus vulgaribus. «Et est aridus,
5 candore parvus, tantamque naturam refrigerandi habens quod si missus fuerit in vas musta defertere desinant». Ita dicit Ysidorus.

PUNCTUS, puncti et hoc punctum, ti in eodem sensu, scilicet quod pungendo facimus vel principium lineae. Sed punctus est simplex et indivisibilis quantitas, prima in compositione lineae et ultima in resolutione. Item punctus est
5 cuius pars non est. Item punctum appellatur in compoto (*De temp.* 1) quarta pars hore. Item hic punctus, ctus, ctui dicitur actus vel passio pungendi vel quod pungendo facimus. Omnia dicuntur a pungo, gis, quod duas habet significationes et duo habet preterita. Significat enim punctum
10 facere, sicut solet fieri in libro, vel puncta numerare. Et secundum hoc declinatur pungo, gis, punxi, punctum, tu. Item pungere idem est quod stimulare, configere, et secundum hoc declinatur pungo, gis, pupugi, punctum, tu. Unde in Doctrinali (856-7) scribitur,

15 Preterito duplici, duo significans: stimulando
 Pungo facit pupugi, punxi punctos numerando.

Item Priscianus (x, 32), «pungo, pupugi vel punxi . . . Expungo vero et expunxi dicimus, at repungo, repupugi et

3 que ABC

PUMEX 1 masculi B 2 pumex eo quod quasi D 3 sicut] ita C 4 est
om. C; aridus] albus B 6 quod] quam AC; desinent B 7 ysi-
dorus eth eodem capitulo A, ysidorus eth D
PUNCTUS 6 hic om. B 7 actio A 8 habet om. B 11 punxi] pupugi B;
punxi pungere punctum D 12 pungere] punxi AB 13 tu om. D
18 expunxi] punxi B

repunxi, ut Capro videtur. Cum ei qui nos pupugit talionem,
 20 id est vicem, a nobis redditam ostendimus repupugi dicimus,
 quando vero de ratione lune vel kalendario loquimur repunxi dicimus».

PUPILLA «est medius punctus oculi in quo vis est videndi, ubi, quia parve imagines nobis videntur, propterea pupille appellantur. Nam parvuli pupilli dicuntur. Hanc plerique pupillam vocant. Vocatur autem pupilla eo quod sit pura at-
 5 que impolluta ut sunt puellae. Physici dicunt easdem pupillas, quas videmus in oculis, morituros ante triduum non habere, quibus non visis certa est desperatio. Circulus, quo a pupilla albe partes oculi separantur discreta nigredine, corona dicitur quod rotunditate sui ornet ambitum pupille.
 10 Volvos autem quidam appellant ipsos vertices oculorum a similitudine valvarum». Ita dicit Ysidorus in xi (I,37-8) Ethimologiarum circa principium. Item pupilla invenitur in alia significatione, sicut patet infra proximo.

PUPILLUS, ut ait Hugutio (*s. v.* Pupus), dicitur «puer qui infra annos pupillares constitutus est in tutela alicuius», et dicitur a pupus, pa, pum, quod est parvus. Item hic

20 repupugi dicimus *om.* D

PUPILLA 1 quo scilicet est vis B 3 parvuli] parvi C; pupilli *om.* D 4 pupillam] papulam C; pupilla] pupulla C 7 circulus a quo a AB 8 albe] alie BD; oculi *om.* BCD 9 quod] quia D; rotundine D; sui *om.* A; ambitum] obitum D 11 similitudinem C; similitudine scilicet valvarum B 13 *Post proximo add. in textu A, post puellae (v. 5) C, in marg. D:* (Verba sunt ysid eth xi capitulo i C) quasi diceret a pupillus li dicitur pupilla quia parva ad modum pupilli nam pupillus uno modo dicitur parvus puer vel dicitur a puella eo quod sit pura ad modum puellae vel dicitur a puppa pe propter ymagines que ad modum puppe resultant in pupilla sunt autem (autem pupe C) quedam (quidam A) statuncule quas virgines solent facere in modum filiarum et vestibis abvolvere (obvolvere C) quas cum ad annos nubile veniebant et puerilibus abrenuntiabant quasi sub potestate veneris future veneri sacrificabant unde persius (2, 69-70) dicite pontifices in sacco (sacro C) quid facit aurum nempe hoc quod veneri donare a virgine pupe (puppe A) unde hec pupilla (pupula C) diminutivum et dicitur a pupus pa pum quod est parvus

«pupillus et hec pupilla qui vel que caret patre vel matre vel
 5 utroque, scilicet orphanus vel orphana, sed orphanus est
 grecum, pupillus latinum. Unde in Psalmo ((10),18) ubi
 legitur «pupillo tu eris adiutor», grecus habet orphano. Et
 dicitur a pupus, pa, pum quia pupillus vel pupilla parvam
 habet consolationem». Papias dicit quod pupilli dicuntur
 10 «quasi sine oculis, hoc est parentibus orbat. Hii autem vere
 pupilli dicuntur quorum patres ante decesserunt quam ab
 hiis nomen acceperunt. Ceteri orbi vocantur».

PURPURA dicitur a purus, ra, rum eo quod sit pura et munda.
 Unde Ysidorus Ethimologiarum xix (28,5) ubi agit de colo-
 ribus vestium dicit sic, «Purpura apud Latinos a puritate
 lucis vocata. Apud Grecos vero porphira dicitur cum aspi-
 5 ratione». Item super illum textum Proverbiorum ultimo
 (31,22), «bissus et purpura indumentum eius», dicit glosa,
 «Bissus est candidi coloris, purpureus autem color de san-
 guine animantis, qui purpura vocatur, fit et sanguinis habet
 speciem». Totam glosam declarat alia glosa que ponitur Can-
 tici vii (5) super illud «sicut purpura regis vincta canalibus»,
 10 ubi dicitur «Coclee maris ferro circumcise lacrimas purpurei
 coloris emittunt. Quibus collectis purpurei coloris tinctura
 conficitur». Et sumitur ista glosa de Ysidoro Ethimologia-
 rum xix (28) ubi agit de tinctura vestium. Quid autem sit
 15 coclea vide supra ubi exponitur concha. Sic patet quod pur-
 pura sanguinei coloris est.

PUSILLUS, la, lum, id est parvus, modicus diminutivum est

PUPILLUS 5 est om. D 6 pupillus vero latinum B 10 hoc] id B 11
 quam] quare B

PURPURA 1 a om. C 8 vocatur fit] vocatus sic C 14 agitur C 16 sit
 coloris B

In marg. sub fine fol. 251 add. C: purpurissum genus coloris ex creta
 argentaria et cum pur[] pariter tingitur ysid [] 17 d

PURPURARIA *Inter purpura et pusillus add. separatim* C: purpuraria sicut
 dicit glosa actuum xvi dicebatur regina induta regali purpura vel
 testrix purpure

PUSILLUS 1 est *primum* om. C

a pusio. Est autem pusio parvus puer vel infans. Iuvenalis (6,34),

Nonne putas melius quod tecum pusio dormit.

- 5 Et dicitur a pupus, pa, pum, quod est parvus. Pusillus componitur cum animus, animi et dicitur pusillanimus, ma, mum et hic et hec pusillanimis et hoc me, scilicet pusillum animum habens. Unde hec pusillanimitas. Vide versus supra positos ubi exponitur imbecillis.

PUSTULA, sicut ait Ysidorus in iiii (8,20) Ethimologiarum, «est in superficie corporis turgida veluti collectio». Et dicitur pustula a pus, quod est putredo. Vel est quedam infirmitas que reddit hominem putridum. Et dicitur a puteo, tes, tui, 5 tere, quod est fetere. Unde versus,

Nemo placere putet cuius presentia putet.

Item pus idem est quod custodia, et tunc dicitur a purus, ra, rum quia pure retineat. Versus (*Nequam*, fol. 105^v, 8-9),

- 10 Pus pro putredo non declinabile credo,
Pus declinatur custodia quando vocatur.

PUTARE dicitur «opinari, scindere, purgare, virgam exuere, superflua resecare». Ita dicit Hugutio. Unde in ii (12) Cantici dicitur, «tempus putationis advenit», in quo scilicet vitis superflua resecantur.

PUTEUS a poto, tas quasi potans dicitur et, sicut dicit Augustinus (*In Iohan. Evang. Tract. xv, PL 35, 1512*), «Omnis puteus fons, non omnis fons puteus. Ubi enim aqua de terra manat et usui prebetur haurientibus, fons dicitur; sed si in 5 promptu et in superficie sit fons tantum dicitur, si autem

4 quod tecum om. D 5-6 pusillus et componitur C 7 hoc om. B; pulillum D 8 pusillanimitas D

PUSTULA 5 tere om. D 6 Cf. *Walther*², no. 16396

In marg. fol. 148^v add. D: puteo putes putui id est fetere unde putidus id est fetidus et comparatur unde putide putidius putidissime et hec putiditas putiditatis et hec putida id est meretrix quia puteat et hic putor id est fetor putulentia id est fetulentia

in alto et profundo sit ita puteus vocatur ut fontis nomen non amittat». Item a puteus hic puteolus diminutivum.

PUTEOLI, sicut dicit glosa Actuum ultimo (28,13), «locus est ultra Romam ubi Virgilius fecit balnea medicinalia, singula propriis inscripta titulis ut dicitur, contra quam scilicet valeret egritudinem. Unde Salernitani invidia ducti super-
5 venientes in manu forti titulos destruxerunt et edificia mutilaverunt». Aliqui tamen codices non habent glosam istam.

PUTREDO multa significat que habentur per hos versus Grecismi (X, 193-5),

Porcorum luvio, sed tabes morticinorum,
Est sanies vermis cuiusque venena gerentis,
5 Putredo saniem tabem notat et luvionem.

Luvio dicitur tabis fluxus, feditas, lues, sordes vel turpis voracitas. Unde in humpno «mentibus pulsa luvione», id est tabe vitiorum vel feditate. Quidam dicunt ibi livione, id est livore, sed errant quia livio nichil est. Luvio autem dicitur a
10 lues, luis, quod est «macula vel sordes vel pestilentia, morbus repentinus». Ita dicit Huguizio (s. v. Luo). Unde luidus, da, dum vel luidus, da, dum, id est maculosus vel lue, id est tabe, fluens. Quidam simplices ponunt livionem in predictis versibus Grecismi, dicentes quod livio infirmitas est
15 porcorum et dicitur a liveo, ves, quod est nigrescere et ponitur pro invidere. Isti legunt et non intelligunt quod, si ita esset ut dicunt, livio produceret primam sillabam, sicut liveo a quo descendit et sicut livens, livor et lividus et ita falsus esset versus Grecismi. Dimittamus igitur livionem,
20 quod nichil est, et dicamus livio, onis, quod corripit primam

PUTEUS 6 in profundo C

PUTEOLI 2 singulis C 4 salernitani vel salernite B

PUTREDO 4 est] et C 7 humpno sancti iohannis baptiste mentibus C
9 a om. C 10 luis om. B 11 luidus] lividus D 12 luidus] lividus AB; id est om. D 15 et primum om. B; dicitur om. C 18 et alterum om. C 20 quod nichil est] cum nichil sit ut dictum est B

sillabam, sicut lues a quo descendit. Unde bene dicitur in Doctrinali (1974),

u super u solam producant; cetera curtant.

Et est sensus grammatici *producunt* u vocalem *solam* sine alia
 25 littera in eadem sillaba cum ipsa posita, *super* u, id est ante u
 consonantem, ut uva, uve sed *curtant*, id est breviant, *cetera*
 que habent aliam vel alias litteras in eadem sillaba cum u
 vocali ante u consonantem posita, ut iuvo, pluvia, luvio.
 Nec debes instantiam ponere in preteritis iuvi et pluvi quia
 30 prius dederat regulam talem (*Doctr.* 1634-6),

Omnia preterita pones disillaba longa,
 Que breviant gemine vocales; deme bibitque
 Et dedit atque fudit, scidit et stetit et tulit hec sex.

Item alii versus,

35 Sto, bibo, do, findo, fero, scindo; cetera nullo
 Corripienda modo si sint disillaba dico.

Q

QUADRANS, sicut ait Ieronimus super Matthei v (26), «genus nummi est quod habet duo minuta». Unde Marci xii g (42) dicitur, «Cum venisset una vidua pauper, misit duo minuta, quod est quadrans». Secundum Huguitionem (*s. v.*
 5 Quatuor) quadrans est «quarta pars nummi vel libre». Secundum compotistas quadrans est quarta pars diei naturalis, scilicet sex hore. Communiter loquendo quadrans est quarta pars cuiuslibet rei divise in quatuor partes equales. Et declinatur hic quadrans, tis et derivatur a quatuor.

24 sic et est sensu C; solam id est sine B 25 super *om.* A 28 iuvo] vivo AB, luvio C, iuvio D 29 iuvi] vivi AB, luvi C, iuvii D 32 bibique A

In marg. fol. 148^v add. D: putus puta putum id est purgatus et purus a puto putas quod est purgare unde aurum excolatum putum dicitur et nuces purgatas putas esse affirmamus

QUADRANS 2 g *om.* AC 3 paupercula C 9 huius tis A; *add. in marg.* D *post* quatuor: tempus quadrimeste id est quatuor mensium

QUADRIGA, sicut ait Hugutio (s. v. Quatuor), dicitur «car-ruca a quatuor equis tracta» et componitur a quadrus, dra, drum et ago, gis vel iugum. Quadrum autem dicitur quatuor angulos vel latera habens.

QUAM, sicut ait Priscianus (xvi, 9) ubi agit de coniunctione, coniunctio est «electiva . . . ut dives volo esse quam pauper». Idem ibidem «est autem quam et accusativus infiniti nominis et adverbium similitudinis, ut Terentius in Phormione (41),

quam inique comparatum est»

pro ut. Item «duplicatum pro coniunctione adversativa accipitur», ut quamquam pro quamvis. Item quam coniunctio est copulativa, ut Socrates est tam grammaticus quam mu-
 10 sicus. Item est adverbium comparandi, ut Socrates est for-
 tior quam Plato. Item est adverbium eligendi, ut bonum
 est confidere in domino quam confidere in homine. Potest ta-
 men quam teneri comparative et etiam negative, id est non in
 homine. Item ponitur infinite vel ammirative, ut Sapientie
 15 xii a (1), «O quam bonus et suavis est, domine, spiritus tuus»
 etc. Item ponitur quantitative, ut ibi (Ps. 132,1), «Ecce
 quam bonum et quam iocundum» etc. Et secundum hanc
 significationem a quam dicitur quantus, ta, tum.

QUANTOCIUS, id est quanto ocus, velocius, citius. Et com-ponitur a quanto et ocus adverbio quod est velocius. Ocis enim grece, velox latine, et comparatur ocis, ocior, ocissimus. Unde ocus et ocissime adverbia.

QUADRIGA 1-2 carruca gallice charrue B 3-4 vel quatuor latera B
 QUAM 2 magis volo esse B 3 idem] item B; accusativum AC 4-5
 Phormione] phonii AD 7 duplicata C 9 Socrates] hic sortes O
 9-10 musicus id est grammaticus et musicus item BC 10 Socrates]
 sortes ACD, sors B 15-16 tuus in etc C 16 etc] in nobis B; ecce
 om. B

QUANTOCIUS 2 adverbium AD 3 *Post latine add.* C: unde oceanus
 magnum mare ab ocis quod est velox quia velocitate sua circuit
 terram 4 ocis A; *Add. in marg.* D: quassa vexat corrumpit at-
 terit

QUATINUS prout coniunctio est causalis. Et componitur a qua et tenus. Unde in compositione, ne videantur esse due dictiones, mutatur e in i et dicitur quatinus. Nam qua tenus due dictiones sunt quibus frequenter utuntur iurisperiti, ut
 5 cum dicitur «non debet tibi credi nisi qua tenus legitimis constiterit documentis», id est tenus qua parte vel in quantum. Unde scribitur in Grecismo (xxii, 86-8),

Dictio quatinus est, oratio qua tenus esto,
 Dictio sub media brevis est, oratio longa,
 10 Si fiat prosa, breviant tamen utraque metra.

Quatinus pro quia ponit Iuvenalis in iiii (12,102) dicens,

Quatinus hic non sunt nec venales elephanti.

QUATUOR TEMPORA anni exponuntur supra ubi exponitur autumpnus.

QUATUOR VIGILIAS exponit Magister in Historiis (1576) super illum textum Matthei xiiii (25), «Quarta autem vigilia noctis venit ad eos», ubi dicit sic, «Quatuor vigilias faciunt excubantes in castris. Prima dicitur conticinium in qua om-
 5 nes vigilant, secunda vero intempestum in qua adolescentes, tertia gallicinium in qua viri, quarta antelucanum in qua senes. Has dominus aliis nominibus nominavit, 'sero, an media nocte, an galli cantu, an mane' Marci xiii g (25)». Vide supra ubi exponitur crepusculum.

QUERCUS, cus, cui arbor est multum annosa. Et dicitur a quero, ris eo «quod ea soliti erant dii gentium querentibus responsa precinere», sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,38). Vel dicitur a querendo quia antiquitus homines que-

QUATINUS 2 qua] quam AD 4-5 ut cum dicitur *om.* C 5 debet tibi credi] tibi credo C 11-12 quatinus . . . elephanti *in marg.* D, *om.* B 12 *post* elephanti *add.* D: quatenus qua ratione qualiter quamdiu pro eo quod hucusque quo ordine quomodo usque quia ad quem finem quatinus adverbium loci vel temporis ut cum dicimus quatinus ibimus usquequo

QUATUOR VIGILIAS 1 exponit] ponit BC 8 g *om.* AB
 QUERCUS 1 annosa] nodosa A 2 quod in ea solita C

5 rebant ibi glandes ad comedendum. Unde Ovidius in principio *Methamorphoseon* (1,103-6),

Contentique cibus nullo cogente creatis
 Arboreos fetus montanaque fraga legebant
 Cornaque et in duris herentia mora rubetis
 10 Et, que deciderant patula Iovis arbore, glandes.

Et alibi dicit poeta (*apud Isid. Etym.* XVII, 7,26),

Mortales primi ructabant gutture glandem.

QUERO, queris tria significat. Significat enim mendicare ut «iste querit panem»; significat interrogare, ut «iste querit a magistro»; significat investigare, ut «iste querit equum quem amisit», id est investigat ubi sit vel ubi inveniri possit.

QUESO, quesis verbum desiderativum, id est cum desiderio querere, rogare, obsecrare. Et declinabatur olim integre et regulariter et faciebat preteritum quesii vel quesivi et supinum quesitum, penultima producta. Quod autem haberet
 5 duplex preteritum patet per Priscianum (x, 46) qui ait «queso quesii. Probus tamen ait quesivi et melius quamvis primitivum quoque eius, id est quero, quesivi faciat preteritum», etc. Sed modo est verbum defectivum quia non utimur nisi duabus eius vocibus presentis temporis, scilicet queso et
 10 quesimus. Unde in *Doctrinali* (1030) dicitur,

Quesumus ex queso retine, nil plus dare quero.

Est etiam queso anormalum, id est irregulare quia secundum tertiam coniugationem debet habere in presenti indicativi in prima persona plurali i ante mus, sed modo pro i habet u et
 15 dicitur quesumus et non quesimus. Et inde quesito, tas ver-

7 contentisque AC 8 arbores C 9 et om. C 10 patul C 12 cunctabant B; cf. *Walther*², no. 15224.

QUERO 1-2 ut iste] sicut discipulus BC 4 vel om. C

QUESO 1 est id est C 4 habet BC 6 quesii] quasi CD, quesis B 7 id est om. C 10 dicitur om. C 12 etiam] autem B 13 deberet ACD; indicativi modi A 14 pro] loco B 14-15 et non dicitur quesimus sed quesumus B

bum frequentativum quod formatur a secunda persona secundum quod declinabatur queso, quesitis, subtracta s et addita to et correpta penultima. Et inde est quod quero, ris non facit verbum frequentativum quesito, tas penultima etiam
 20 producta, licet enim esset differentia in accentu et in significatione semper tamen esset identitas sine concidentia in voce. Unde causa differentie facit querito, tas, quod formatur a secunda persona, scilicet queris, subtracta s et addita to et correpta penultima. Unde dicit Priscianus (VIII, 74),
 25 «Quero querito differentie causa facit, et a queso quesito fit».

QUIEO, quies, quievi, ere, quietum, tu, id est quietem habere vel in quiete esse. Unde quietus, ta, quietum participium qui quievi et quietus nomen, id est quiete plenus. Et comparatur quietus, quietior, quietissimus. Unde quieto,
 5 tas quietum facere, et quandoque ponitur pro absolvere a debito vel reddere debitum. Quidam tamen in hac significatione subtrahunt e et dicunt quito, tas, quod magis vulgare est quam regulare. Item a quieo, hec quies, etis et hec quies, quiei in eodem sensu, sed distingue quia simplex in usu est
 10 secundum tertiam declinationem et non secundum quintam et econverso in compositis quia secundum quintam est in usu et non secundum tertiam. Item quies, quietis dicitur quietus et est omnis generis, ut dicit Hugutio. Et componitur inquires, inquietis, id est inquietus, quod Priscianus
 15 (VI, 56) ostendit trium esse generum. Dicit etiam quod quamvis «in nominativo e correptam habeat . . . in genitivo tamen eandem producit». Quieo componitur acquieo es evi, requieo es evi, conquieo es conquievi. Unde inchoativa acquiesco, requiesco, conquiesco. Et dicit Hugutio quod

22 querito] quesito B 22-23 quod formatur om. C 22 quod] et A
 23 queris] quesitis B

QUIEO 3 quievi om. A; quietus om. D 5 facere vel quietem et B; quando C 8 quieo quies hec C; huius etis C 9 distingo quod C 16 quamvis] licet D 17 componitur et acquieo A 18 conquieo om. D; inchoativam C, inchoativa D 19 acquiesco et requiesco D

- 20 « quieo et eius composita neutra sunt et absoluta et non sunt in usu in presenti sed in preterito. Unde et declinando inchoativa eorum solemus eis attribuere preteritum suorum simplicium ut quiesco quievi, requiesco requievi, quod non solum contingit in hiis sed etiam in multis aliis ubi inchoativa sunt in usu et primitiva eorum in preterito sed non in presenti, ut senesco cis senui, innotesco cis innotui, suesco cis suevi. Et etiam alia ratione fit talis declinatio in hiis quia sepe talia accipiuntur pro suis primitivis et sepius quam alia. Unde Priscianus videtur velle quod non sunt inchoativa, sunt tamen procul dubio. Unde et quidam idiote . . . dicunt ea non esse inchoativa»; ita dicit Huguitio, cui si vis credere, crede.

QUIN, «id est ut non vel ut, coniunctio est adiunctiva. Quin, id est ergo, coniunctio est collectiva. Quin, id est potius, adverbium est eligendi. Quin, id est cur non vel cur, adverbium est interrogandi. Quin, id est certe, adverbium 5 affirmandi. Quin, id est insuper, adverbium est ordinis. Et componitur quinetiam, id est insuper». Ita dicit Huguitio.

QUINIMMO potest esse una dictio vel due. Quinimmo, id est potius, adverbium est eligendi et tunc est una dictio. Unde versus,

- Quinimmo presto pueris adverbia dico,
5 Eligit hoc tempus, signat id atque locum.

Vide supra ubi exponitur presto. Vel sunt due dictiones, et tunc quin immo idem est quod potius, certe. Item potest exponi quinimmo, id est certe, potius; quin enim, id est cer-

21-22 inchoativa D 22 preterita A 27 et] vel C 28 talia inchoativa accipiuntur A 29 inchoativa et sunt A 31 inchoativa D
QUIN 1 ut *primum om.* D; non] si B; adiectiva B 3 non *om.* D; vel cur *om.* C 4-5 adverbium est affirmandi C 6 insuper] super C
QUINIMMO 2 tunc] tantum B 3 unde *om.* A 4-5 Cf. *Walther*², no. 25134 5 signa C 6 sunt] sint C 7 potius *om.* B; certe est B; potest] potis AD

te, adverbium est affirmandi; immo vero, id est potius, ad-
 10 verbum est eligendi. Item Luce xi (28) super illud verbum,
 «Quinimmo beati qui audiunt verbum dei», videtur glosa
 hiis expositionibus concordare. Dicit enim sic «Non solum
 laudanda est Maria que verbum dei in utero portavit, sed
 maxime beata est quia verbum dei in opere servavit, sicut
 15 et omnes sancti beati sunt qui auditu verbum dei concipiunt
 et boni operis custodia in suo et proximorum corde pariunt
 et nutriunt». Papias dicit quinimmo, id est magis, etiam,
 potius, magis potius, hoc magis, hoc potius. Et dividit quin ab
 immo, per quod duas dictiones innuit esse. Item scribit im-
 20 mo per duplex m et bene. Et nota quod immo «adverbium
 est eligendi, et tunc idem est quod potius. Item est adver-
 bium affirmandi, et tunc idem est quod certe. Item aliquan-
 do est coniunctio illativa, et tunc tantum valet quantum
 igitur». Ita dicit Huguitio (s. v. Imo).

QUINQUIES «quadragenas una minus accepi», i ad Corin-
 thios xi f (II Cor. 11,24) glosa, id est «quinque vicibus» acce-
 pi quadragenas percussiones, una minus «ne immisericordes
 viderentur». Quinquies enim flagellatus est a Iudeis secun-
 5 dum legem Moysi, accipiens plagas xxxix, sicut scriptum est
 in Deuteronomii xxv (2-3), «Pro mensura peccati erit et
 plagarum modus; ita dumtaxat ut quadragenarium nume-
 rum non excedant, ne fede laceratus ante oculos tuos abeat
 frater tuus». Haimo (*Exp. in Epp. S. Paul., In Epist. II ad*
 10 *Cor., PL 117,654-5*) et Beda referunt librum quendam de-
 latum esse a Roma in quo passiones apostoli erant depicte
 inter quas iacebat apostolus prostratus in terra et astabat tor-

14 verbum] preceptum B; servavit] portavit AD 16 corde con-
 stituunt pariunt B 17-18 etiam potius magis potius] hoc etiam
 potius C 19 immo quod per quod B 21-22 item est . . . certe om.
 B 23 tantum om. B

QUINQUIES 2 f] e B 3 percussiones id est una C 3-4 immisericordes
 esse viderentur C 5 leges B 6 in om. B; erit] est A 8-9 habeat
 et frater B 10 referuntur C 11 apostoli dei erant B

tor habens quadrifidum flagellum, una de fidibus in manu sua
retenta ut sic ex quatuor novies et tribus semel fierent xxxix.
15 Novies percutiebatur cum quatuor cordis vel corrigiis, simul
et ita xxxvi ictus recipiebat quia novies quatuor sunt xxxvi;
item semel percutiebatur tribus cordis tantum, et tunc una
retinebatur in manu, et ita tres ictus tribus cordis tantum, et
tunc una retinebatur in manu, et ita tres ictus tribus cordis
20 sustinebat, qui additi cum xxxvi precedentibus faciunt xxxix.
Quadrifidus, da, dum, id est quatuor fidibus, id est cordis,
constans, nam hec fides dicitur corda et propria cithare.
Unde versus,

25 Virgo Fides Fidis est, resonat fidis in citharando,
Lungit amicorum corda fides fidei.

Unde hec fidicula diminutivum. Vel quadrifidus componitur
a quatuor et fidus, da, dum, quod est fissus, sed non est in
usu. Sed componitur bifidus, da, dum et trifidus, da, dum
et quadrifidus et multifidus, id est fissus in duas vel tres vel
30 quatuor vel multas partes. Et nota quod, sive fiat compositio
a fidis sive a fidus, semper corripitur hec sillaba fi. Unde
Ovidius Methamorphoseon xiii c (303-4),

Erigimur, setequae cadunt, bifidosque relinquit
Rima pedes etc.

QUISPUTAS, sicut ait Huguicio (s. v. Quis), «est una dictio
simplex et ibi putas sillabica est adiectio et debet proferri
sub uno accentu posito super antepenultimam sillabam. Unde
Luce i f (66), 'Quisputas puer iste erit?' et Matthaei xviii a (1),
5 'Quisputas maior est in regno celorum?' Quidam tamen
theologi dicunt quod ibi sunt due partes, quis et putas, et
quod putas est ibi verbum et proferunt eas duobus accenti-

13 in fidibus AD, de in fidibus C 14 novies . . . xxxix in marg. D,
om. B 15 percutiebat C 18 ictus a tribus C 20 faciebant C 22
hec] hic B 26 hec om. C; vel] unde C 28 et trifidus da dum om. C
29-30 in tres vel in quatuor B 31 fidis] fide B 33 sereque A,
siteque D

QUISPUTAS 1 est om. A 3 unde] ut B 7 eas cum duobus B

bus, et dicunt quis putas. Et decipiuntur verbo Ieronimi
 qui dicit super locum illum quod verbo interrogativo usus
 10 est evangelista, et credunt quod Ieronimus dixerit verbum
 interrogativum hoc verbum putas, et ita putas est ibi ver-
 bum et debet proferri suo accentu. Sed qui sic intelligunt
 dupliciter peccant, ponunt enim quod aliquid verbum sit
 interrogativum, quod esse non potest; preterea nec latine
 15 dicitur, deberet enim dici 'quem putas maiorem esse' etc.
 Dicatur ergo secure quisputas sub uno accentu. De dicto
 Ieronimi dicimus quod Ieronimus vocavit ibi verbum non
 illam partem orationis sed sermonem, ut sit sensus 'verbo
 interrogativo usus est evangelista', id est sermone interro-
 20 gativo, scilicet isto quisputas, etc. Si tamen in aliqua ecclesia
 tibi legendum fuerit cuius abusus quisputas pro duabus par-
 tibus accipiat non consulendo consulimus quod abusum
 ecclesie sequaris, nisi tante fueris auctoritatis quod pravum
 usum corrigere valeas. Velle namque videri sapientem inter
 25 insanos et idiotas ecclesie quedam species furoris est». Ver-
 ba sunt Huguitionis, et cum eo concordat Grecismus (?),

Cum quis nam, que, piam sine qui coniunge putas, quam;
 Dam, vis, cumque, libet qui sine quis retinet,

quasi diceret quis componitur quisnam, quisque, quispiam,
 30 quisputas et quisquam; qui vero componitur quidam, quivis,
 quicumque, quilibet.

QUISQUILIE, liarum dicuntur purgamenta frumenti Amos
 viii c (6). Est et nomen compositum a quis et cado. Unde
 ait Hugutio (*s. v. Quis*), quisquile sunt stipule immixte sur-
 culis ac foliis aridis, scilicet quedam folia minutissima que
 5 vocant stipulas. «Dicuntur etiam quisquile quasi quicquid

8 quis et putas C; verbo] teste B 13 ponit C; aliquod D 15 di-
 ci] dicere BC; maiorem *om.* C; esse in etc. C 16 dicatur ...
 quisputas *om.* C 19 in sermone B 20 in *om.* C 21 ad usus B
 23 pavum B 24 valeas] possis B 29 quisque *om.* B 30 quisputas
 et quisquam *om.* D; quidam et quivis C

QUISQUILIE 1 quisquile C 5-6 quasi ... id est *om.* B

cadie, id est quicquid superfluitatis ex arbore vel ex aliqua materia cadit, ut purgamenta frumentorum et terrarum et modici surculi et stercora et similia». Vel dicuntur quisquillie a quis et curo, as quasi cui cure sunt ille vel quis curat de
 10 illis. Dicemus ergo quisquillas quasi quis curat illas, propter sui utilitatem scilicet.

QUOT nomen est indeclinabile omnis generis et tantum pluralis numeri et inde quotus, ta, tum nomen numerale vel ordinale et idem est quandoque quod parvus.

QUOUSQUE, id est quamdiu, adverbium temporis est. Quousque, id est ad quem locum, adverbium loci. Unde versus (*Grec. xx, 174*),

Tempus sive locum dic significare quousque.

QUONIAMQUIDEM secundum Donatum (*Ars Gram. II, 15, GL IV, 389*) coniunctio est rationalis, et est idem quod quia, et est dictio composita ex quoniam et quidem, et debet habere accentum super antepenultimam. Et ita volunt
 5 quidam legere illud i ad Corinthios xv b (21), «quoniamquidem per hominem mors», etc. Tamen secundum glosam due sunt dictiones. Michi videtur quod etiam in predicta auctoritate, et similiter in principio Luce (1, 1), «Quoniamquidem multi conati sunt» etc., et in multis aliis locis potest
 10 quoniamquidem esse una dictio vel due; in frequentiore tamen usu ponitur pro duabus. Lege sicut volueris.

6 codie C 8 stercora] sunt cora A; vel dicuntur quisquillie] et vocantur quisquillie alio nomine cadie vel dicuntur quisquillie quasi cadie vel dicuntur B 9 cui om. A 10 ergo quod B; illa D

QUOT 1 declinabile C

QUOUSQUE 2 id est om. A

QUONIAMQUIDEM 5 quidem C 6 omnes homines C; etc. et tamen C 7 etiam om. C 9 coronati A; sunt om. B; in om. B 10 in] que AD; frequentiori C 11 duabus dictionibus B; sicut] quando B
In marg. fol. 151 add. D: quominus ut non aliter ideo minus qualiter proximus de proximo

R

RABBI interpretatur doctor vel magister sive docens me aut magister meus. Rabboni idem, sed rabo; rabonis quedam mensura est.

- RACHA vanus vel vanitas seu absque cerebro aut signum est subsanationis. Ita dicitur in Interpretationibus (*Hieron. Interpr. heb. nom.* 138). Papias recitat verba Ieronimi dicens, racha dicitur inanis vel vacuus, quem nos possumus vulgata
 5 iniuria absque cerebro nuncupare. Hoc verbum tantum Hebreorum est. Et sequitur ibidem melior expositio, scilicet hec racha interiectio est «affectum indignantis ostendens, sicut sunt in latina lingua quedam interiectiones, velut cum dolentes dicimus heu, vel cum delectamur dicimus vath».
 10 Item ibidem, racha nec grecum verbum est nec latinum. Non nulli autem de greco trahere voluerunt interpretationem huius vocis, putantes pannosum dici racha quoniam grece pannus dicitur rachos. Sed cum queritur a Grecis quid dicatur pannosus grece, nec respondeant racha, nec
 15 posset latinus interpres, ubi posuit racha, pannosum ponere nec uti verbo quod in latina lingua nullum sit et in greca inusitatum, probabile est ergo quod audiui a quodam Hebreo cum id interrogassem. Dixit enim vocem esse non significantem aliquid sed indignantis animi motum exprimentem.
 20 Huguitio, ne videatur nichil dixisse, dicit quod «nullus Grecus aut Latinus hoc bene potuit interpretari». Versus,

Indignando racha cui dixeris, hunc tibi paca
 Blanditiis, placa quem bilis adangit opaca.

RABBI 1 aut] vel C 2 idem est D

RACHA 1 cerebro est aut C 4 nos] non B 8 sunt om. D; veluti C 11 volunt A 14 quid] qui B; nec] non CD, om. B 17 probabilius A 18 esse om. CD 20 huguitio vero ne B, huguitio autem ne C; nichil hoc dixisse A, nichil fecisse videatur vel dixisse B 22 paca] placa B 23 placa] pla C

RACEMUS est botrionis pars, scilicet ramusculus cum uvis. Et botrio grecum est. Ita dicit Papias et accepit verba ista de Ysidori Ethimologiarum xvii (5,14) ubi agitur de vite. Et dicit Hugutio (s. v. Rado) quod a ramus, rami dicitur
 5 racemus et inde «racemor, aris, id est sparsas uvas vel racemos colligere». Vide infra ubi exponitur uva.

RADIUS «instrumentum est textoris, scilicet pecten vel navicula vel lignum quod distinguit stamina». Ita dicit Hugutio (s. v. Rado). Papias sic exponit, «Radii sunt quibus tele texuntur. Et dicti radii quia radendo fiunt». Non recolo
 5 me legisse radium pro instrumento texendi nisi pro navicula. Unde Ovidius Methamorphoseon vi a (55-8),

Tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo,
 Inseritur medium radiis subtegmen acutis,
 Quod digiti expediunt, atque inter stamina ducunt,
 10 Percusso feriunt inserti pectine dentes.

Item radius dicitur quoddam genus olivarum ob longitudinem quia longe sunt ad similitudinem radiorum. Radius etiam dicitur virga qua geometri figuras faciunt in supposito pulvere. Item radius dicitur splendor stellarum et solis, et
 15 dicitur sic propter longitudinem quia longe emittitur et dirigitur. Item radius dicitur illud rectum et subtile lignum quod a modiollo rote usque ad cantum dirigitur et in utroque figitur. Versus de Grecismo (ix, 224-5),

Dicas textoris radium, radium quoque solis,
 20 Atque rote radius tibi sit, non invenio plus.

Forte non fuit memor virgule geometri. Unde dicamus sic,

Sitque rote radius, radio fit pulvere tractus.

RACEMUS 1-2 uvis et botrio cum uvis et botrio A 3 de *primum*] ab C 4 a *om.* C 5 hic racemus C 6 infra] supra B

RADIUS 1 radius est scilicet instrumentum textoris scilicet C; scilicet] id est B 3 dicti sunt radii B 7 secessit C; *super* arundo *adnotavit* D: id est iuxta 8 medium] radium D; sub tegmine D 13 geometre B 20 atque] at A 22 radio] radius ABD

RADIX a radio dicitur quia quasi quibusdam radiis fixa terre in profundum demergitur. Vel dicitur a rado, dis quia si eradatur non repullulat. Unde radicitus, id est a radice, a fundamento.

RAMA civitas est «iuxta Gabaa», sicut habetur Iudicum xix b (14) et est «xii miliario a Bethleem», sicut dicit glosa super illud Matthei ii (18), «Vox in Rama audita est» etc. Interpretatur excelsa vel exaltata seu tonitruum aut exaltatio.

RAMATHAIM sive Ramatha proprium nomen est civitatis Helchane. Sophim, quod interpretatur specula sive speculatio, non est nomen vel pars nominis civitatis sed est appellativum nomen positum in designatione proprietatis ad civitatem pertinentis, ac si diceretur de Ramathaim que est Sophim, id est speculatio sive specula circumadiacentis regionis, quia inde tamquam ex edito loco circumadiacens undique regio despici vel videri potest. Ita dicit Andreas in originali super i Regum (1,1). Et cum eo concordat Magister in Historiis
 10 (1295) dicens quod «civitas Helchane dicitur Ramathaim, que in Evangelio dicitur Arimathia, a Iosepho dicitur Ramath que sita est in excelso. Sophim vero speculum interpretatur et est ibi genitivus casus, ac si diceretur de Ramathaim speculationis quia ex ea circumadiacens regio videri poterat.
 15 Sic tradit Ieronimus. Alii distinguunt sic de Ramathaim Sophim». Vel Sophim dicitur speculatorium vel spectaculum, id est prophetarum locus. «Non est autem mons Ephraim nomen montis sed regionis. Unde in sequentibus ubi legitur de xii prefectis regionum, . . . iii Regum iii a (7-8), primus
 20 nominatur prefectus montis Ephraim».

RAMNUS, sicut dicit glosa super Psalmum (57,10), «genus herbe est, prius mollis et postea in spinas vertitur». Et vi-

RAMA 1 galbaa C 4 et interpretatur BC

RAMATHAIM 6 speculatione B; sive specula] si spocula C 7 tamquam om. D; edito] alto B 8 despici] respici C, despici id est deorsum aspici B; ita] item C 9 regum i etc B 11 a] si D 15 sic] sicut B; tradit] trahit C 17 mons iteravit D 18 legitur] loquitur C

detur glosa extracta ab Augustino (*Enar. in Ps., PL 36, 689*) qui ait, «Ramnus spinarum genus est densissimum . . .
 5 cum herba est mollis et pulchra; ibi tamen sunt spine postea processure. Unde psalmista ait, 'Priusquam producant spine nostre ramnum'. Et eadem verba scribuntur in Papia et preponitur ibi «ramnus in psalterio non rubus est sed spinarum genus, sentibus permolestum». Ysidorus autem in xvii
 10 (7,59) *Ethimologiarum* sic ait, «Ramnus genus est rubi quod vulgo senticem ursinam appellant, asperum nimis et spinosum». Iosephus dicit hoc inter ligna habere naturam ignem proferendi. Huguition (s. v. Rado) dicit quod hic ramnus dicitur a ramus, rami et est «genus spinarum et, ut dicunt,
 15 spina alba vel ramus eius». Magister meus michi dixit quod ramnus in gallico dicitur groselliers et portat fructus parvos racemis similes sed minora sunt grana.

RANA dicitur a ran, quod est ira vel locus ire. Et est ran indeclinabile. Unde rana quasi iracunda dicitur. «Dum enim Iupiter omnibus animalibus dedit regem ranis dedit quoddam lignum brevissimum pro rege, quod cum numquam se
 5 moveret, rane illud spreverunt. Quare Iupiter iratus dedit eis ibim, que ranis vescitur. Et ideo priore rege amisso rane conqueruntur et irascuntur». Ita dicit Huguition (s. v. Rado). Ysidorus autem in xii (6,58-9) *Ethimologiarum* sic ait, «Rane a garrulitate vocate eo quod circa genitales strepunt paludes
 10 et sonos vocis importunis clamoribus reddunt. Ex hiis quedam aquaticae dicuntur, quedam palustres, quedam rubete

RAMNUS 4 ait] dicit B 5 mollis est et A 6 unde et psalmista C; plusquam D; producant] intelligerent C 7 ramnum etc et hec eadem B 11 senticem ursinam] sentem senissimam C 12 dicit om. C 15 michi om. B 16 groseler AC, grosilliers D; grosselliers latino vero rosellarius et B

RANA 2 iracundia A 3 dedisset B 3-4 quoddam . . . cum] pro rege trabem ingentem que cum B 4 cum om. C 5 illud] illam B; spreverunt] despexerunt B; quare] ob quam rem B 6 ibim scilicet ciconiam que B 6-7 amisso benigno scilicet et pacifico rane graviter conqueruntur et etiam irascuntur B 8 in om. B 9 vocate sunt B

RAPTIM, id est celeriter, festinanter, violenter quasi ruptim.

RASTRUM, rastri et pluraliter hii rastri vel hec rastra, «instrumentum est rusticanum, scilicet fossorium duplex, ut dicunt. Et dicitur sic a raritate dentium vel a rado, radis, quia radit terram. Item rastrum dicitur illud dentatum rusticici instrumentum quo paleam removet a granis». Et dicitur a rarus, ra, rum propter raritatem dentium. Ita dicit Huguicio (*s. v.* Rarus).

RATIO dicitur a ratus, ta, tum, quod est firmum eo quod firma sit. Et dicit Papias quod ratio mentis est motus in hiis que dicuntur discernere vel connectere valens, sed ratio-cinatio est rationabilis subtilisque disputatio et a certis ad incertorum indagationem immittens cogitatio.

RATIONALE dicitur pannus quadratus qui erat in pectore sacerdotis, in quo erant lapides pretiosi. Vide supra ubi exponitur ephot. Nota quod rationale et rationabile differunt, licet plerisque videantur idem significare, quia rationale dicitur quod utitur ratione, ut homo, angelus, anima; rationabile dicitur quod ratione dicitur vel agitur vel ratione dicit vel agit, unde omnes homines sunt rationales sed non omnes rationabiles. Totum sumitur de Papia.

RATUS, ta, tum participium est descendens a reor, reris, ratus sum, reri, quod est existimare, putare. Unde ratus sum, id est putavi, et ratus, ta, tum nomen, et tunc tantum valet quantum firmus, ma, mum. Et dicit Ysidorus Ethimologia-rum v (24,21) ubi agit de instrumentis legalibus, «Ratum

RAPTIM ruptim] raptim B

RASTRUM 1 rastri rastorum vel B; vel] et C 2 est *om.* C; fossorium C; duplex vero ut B 3 sic *om.* C 4 rastrum *om.* C 4-5 rustici rusticorum B 5 remonent B

RATIO 1 quod est *iteravit* C 3 dicuntur] dicimus C; connectere] convincere B, concutere C, committere D 4 ratiocinalis C; ad] ab B 5 indagatione B

RATIONALE 5 ratione] rationem C

RATUS 1 ratus] rarus B 5 institutis C

dicitur quod rationabile et rectum, unde et qui pollicetur dicit 'Ratum esse profiteor', hoc est firmum et perpetuum». Et in hac significatione accipitur Ieremie xxxii b (11) ubi dicitur, «accepi librum possessionis signatum et stipulationes
 10 et rata et signa forinsecus» quasi diceret «accepi cartam sigillatam in qua continebantur stipulationes», id est petitive interrogationes, «et rata», id est prommissive responsiones, «et signa», id est astantium conscriptiones, astantes enim contractibus in fine carte solebant scribere nomina sua et
 15 signa sua in testimonium quod ipsis contractibus interfuisent. Vel signa appellat sigilla. Quid sit stipulatio plenius exponetur in loco suo.

RAUCUS, ca, cum a raum, quod est raucitas, dicitur, ut ait Huguitio (*s. v.* Ray). Unde hec raucitas dicitur vocis amputatio et hec raucedo idem. Unde Ysidorus Ethimologiarum iiiii (7,14) ubi agit de cronicis morbis, «Raucedo est ampu-
 5 tatio vocis. Hec et arteriasis vocatur eo quod raucam vocem et clausam reddat ab arteriarum iniuria».

REBELLARE dicitur repugnare, adversari, iterum pugnare. Unde hic et hec rebellis et hoc rebelle et hec rebellio, id est repugnantia et post factam pacem ad bellum reversio, belli iteratio.

REBOARE dicitur resonare nam boo, boas idem est quod sonare.

RECALVASTER, stra, strum dicitur retro calvus, sicut acalvaster dicitur calvus ab anteriori parte. Et recalvus, a, um idem est quod recalvaster et recalvatus dicitur retro calvatus

6 rectum est C 8 accipitur] sumitur B 14 sua *om.* BD 15 sua] appendere C; testamentum A 16 stipulo D

RAUCUS 1 raum] racim B, *cf. Huguitionem* 6 iniuria dicta B

REBELLARE 2 rebellio onis B 3 et] id est B

REBOARE 1 boas avi are B

RECALVASTER 1 recalvester D 3 recalvatus] recalvestris D

nam calvo, calvas dicitur calvum facere. Et componitur re-
5 calvo, as. Unde verbalia.

RECALCITRARE dicitur repercutere vel resistere, retro pe-
dem iacere, sicut faciunt equi qui percutiunt transeuntes
iuxta se. Et est compositum a re vel retro et calcitro, tras,
quod est calce percutere. Et tunc est activum. Unde Ovidius
5 *Methamorphoseon* xii b (238-40),

Sanguinis ille globos pariter cerebrumque merumque
Vulnere et ore vomens madidam resupinus harenam
Calcitrat, ardescunt germani cede bimembres.

Item calcitro, calcitras idem est quod resistere. Et tunc est
10 neutrum et dicitur calcitrare quasi calce terere. Unde hic
calcitro, onis dicitur rusticus qui intemperate calcat et cal-
citrat. Unde Plautus (*secundum Huguitionem*) in *Asinaria* (391),

Clamat si quem videt venire ad se calcitronem.

RECENS, id est novus, omnis generis est. Et dicitur a reci,
quod est iterum vel retro, quasi renovatus vel iterum novus.
Unde recensio, recensis quarte coniugationis, id est iterare,
renovare, recens facere. Unde ciphus recensitur quando la-
5 vando reficitur et quasi recens redditur. Vide infra proximo.

RECENSEO, «ses, sui et recenso, recensis et recensio, recensis,
recensivi in eodem sensu dicuntur, scilicet numerare, reci-
tare, recolere, rememorare, revenerari. Et inde dicitur re-
cens secundum quosdam» et ista tria verba, sicut ait Hugui-
5 tio (*s. v. Censeo*), a tribus verbis simplicibus componuntur.

RECALCITRARE 4 percutere scilicet posteriori pedis parte et B 6 pari-
terque AB 7 vomeris C 8 arescunt C 9 calcito A; resistere]
recutere C 11 huius onis A; rusticus vel bubulcus qui immoderate
vel intemperate B 11-12 calcitrat] recalcitrat C 14 venire ad
se] ad se venientem B

RECENS 1 reci] *cf. Huguitionem* 2 renovatus] innovatus B 4 scifus C;
quando] dicam D

RECENSEO 1 recensis recensui et BC; recensis *alterum om.* B 2 re-
censivi] recensui C; scilicet *om.* B; numerare] ruminare B, re-
numerare C 3 rememorari C; revenerari *om.* C

Dicitur enim «censeo, ses, sui, census, id est iudicare, iubere, statuere, suadere, deliberare, nominare, estimare, numerare. Unde hic censor dicitur iudex et proprie qui iudicat de moribus et eos corrigit . . . Et hec censura iudicium,
 10 vigor, severitas, mensura, vindicta, potestas, scientia, decus. Et hic census, id est pecunia, facultas descripta publice vel estimata». Et subdit Huguitio, «nota quod censeo secunde coniugationis et censo tertie et censio quarte inveniuntur et in significatione non differunt . . . Censeo facit censui preteri-
 15 tum et supinum census. Unde participium census, censa, census. Censo facit preteritum censui et supinum censitum penultima correpta. Unde participium censitus, ta, tum penultima correpta. Censio, censis, sivi, situm penultima producta. Unde censitus, ta, tum penultima producta». Et quod-
 20 libet istorum componitur cum re et dicitur recenseo, ses et recenso et recensio, ut predictum est. Item dicit quod «censeo et censo et censio activa sunt et eorum composita preter succenseo, ses pro irasci, quod neutrum est et, si quando redoleat simplicis significationem, erit activum». Sed Hu-
 25 guitioni obviat illud quod in Doctrinali (775) scribitur, scilicet,

Censeo dat census sed itum sua compositiva,

ut recenseo, recensitum et ita communiter dicitur, licet a Prisciano non habeatur expresse. Item secundum Priscianum
 30 (x, 46) nullum verbum tertie coniugationis in so desinens facit preteritum in sui preter pinso, pinsui. Unde et in Doctrinali (892-4) scribitur,

So sivi situmque facit; sed deme capesso,
 Quod si sumque facit; sic viso sicque facesso.
 35 [De si prodit itum sed ab ivi nascitur itum]
 Pinsoque preteritum per ui formando dat istum,

7 estimare] extimare AD, existimare B 11 publice] proprie C 12 extimata AD; et nota C 19 unde . . . producta om. C 20 ses et om. C 24 erit] est C 27 censio B 34 facit] tenet C 35 non invenitur in Doctrinali; ad hunc versus D in marg.: de si id est de preterito terminato in si prodit itum in supino

quia facit pistum. Unde non video unde Huguitio habuit cen-
so, sis, sui cum suis compositis, siqua habet. Alexander
Nequam, cui assentio, non ponebat nisi censere et censire
40 cum suis compositis.

RECORDOR, daris componitur a re et cor, cordis. Unde re-
cordari dicitur quasi ad cor reducere et «construitur cum
genitivo et accusativo, sed differenter. Nam recordor lectio-
nem cum firmo vel recito vel narro vel de ea mentionem facio.
5 Recordor lectionis, id est memoriter teneo eam». Ita dicit
Huguitio (s. v. Cardiam). Grecismus autem aliter videtur
sentire, cum quo plures conveniunt. Unde dicit (xv, 130-2),

Si diversificas bene, remque reique recordor,
Tuncque rei cum pars tantum mihi scita recordor,
10 Tuncque recordor eam cum perfecte scio totam.

RECUBO, bas, bui et recumbo, bis, recubui, recubitum idem
significant, scilicet iacere in cubiculo, sicut languidus de-
cumbit, et sedere ad comestionem. Unde versus,

Mensis accumbo, discumbo sive recumbo.

5 Vide alios versus supra ubi exponitur accumbere.

REDA est «genus vehiculi iiii rotarum. Has antiqui retas di-
cebant propter quod haberent rotas». Ita dicit Ysidorus
Ethimologiarum xx (12,2). Vel reda dicitur a redeo, redis
eo quod currus agilis est ad eundum et redeundum.

REDIMO, mis dicitur iterum emere vel quod suum fuerat ite-
rum emere vel recuperare. Qui enim emit alienum emit, sed
redimere proprie est quod suum fuit et suum esse desiit.
Unde Christus proprie redemit humanum genus. Sed redi-
5 mio, redimis quarte coniugationis dicitur iterum ornare et

39 posuit B

In marg. fol. 154 add. D: recolligere id est redimere

RECORDOR 2 construit C 3 et cum accusativo C 3-4 recordor vero
lectionis B 7 consentiunt D 8 diversitas C; rei B

REDIMO 1-2 vel . . . emere *om.* C 3 desiit] debuit B 4-5 redimo D

componitur a re et emo, emis, quod est ornare. Unde redimitus, ta, tum participium.

REDIGO, gis, redegis, gere dicitur reddere, representare, reducere, revocare, retro vel iterum agere. Et componitur a re vel retro et ago, agis et interponitur ibi d.

REDOLEO, «les, lui vel levi, redolere, litum vel letum dicitur odorem emittere, fragrare et tantum de bono odore dicitur, sicut olere tantum de malo». Ita dicit Hugutio (s. v. Oleo). Tamen Papias (s. v. Olent) ampliat significationem
 5 olendi dicens, «olent res bone vel male, redolent tantum bone». Et nota quod redoleo componitur a re et oleo, oles interposita d. Item nota quod oleo, oles et omnia composita sua faciunt preteritum in lui vel in levi quamvis frequentius inveniuntur in levi quam in lui et supinum in litum vel in
 10 letum.

REDUNDARE dicitur iterum undare vel retro undare, reverti, redire. Et componitur a re et undo, das, quod non est in usu sed componitur abundo das, exundo exundas, id est valde undare, valde abundare, inundo das, id est abundare, repleri,
 5 stagnare. Undo autem dirivatur ab unda, quod exponetur in suo loco.

REFICERE dicitur iterum facere, restituere, recreare. Unde refectorium dicitur.

6 emio B 6-7 redimitus] *in marg. add.* D: redimitus ornatus coronatus precinctus

REDIGO 3 et *primum om.* D; d] g AB

REDOLEO 1 redolere] *add. in marg.* D: redolere accipitur transitive quam translatione ut hec dictio redolet significationem vultus quasi habet vel retinet quasi quodam odore representat 3 de malo tantum dicitur C 4 tamen] cum D 5 vel] sive B, et D 6 oles *om.* C 8 vel in levi *om.* D 9 vel] quam C

REDUNDARE 1 vel retro undare *om.* A 3 das et exundo C 3-4 exundo . . . undare *om.* B 3 id est *om.* CD 4 das *iteravit* C 5 undo das dirivatur C

In marg. fol. 154 add. D: refellere id est regulare denegare refutare dissolvere ab invicem convincere

REFICERE 1 iterum *om.* B

REFOCILLO, las dicitur reficere, recreare, refovere. Et nota quod focus, foci dicitur a foveo, foves quia fovet ignem. «Ignis enim et ipsa flamma et quicquid ignem fovet focus vocatur, sive sit ara sive aliud in quo ignis fovetur. Sic et
 5 locus in quo ignis fit in domibus, et quandoque ponitur pro igne. Unde hoc focarium dicitur locus in quo fit ignis . . . et hic foculus diminutivum. Unde foculo, las, id est nutrire, ignem facere. Et a focus, foci dicitur focillo, las, id est nutrire vel reficere». Et componitur refocillo, las. Ita dicit
 10 Huguitio (s. v. Foveo).

REGIA, gie dicitur domus regis, a rege sic dicta.

REGIO, onis a rege dicitur, scilicet patria regi subiecta.

REGULA «dicta quod recte ducit nec aliquando aliorum trahit. Alii dixerunt regulam dictam vel quod regat vel quod normam recte vivendi prebeat vel quod distortum pravumque corrigat, vel regula dicitur quasi rectula» eo quod impe-
 5 dimentum non habeat. Ita dicit Papias.

REGULUS dicitur parvus rex etate vel regno et dignitate. Et componitur subregulus quasi parvus regulus. Item regulus dicitur «quedam parva avis, sic dicta a sui parvitate». Item «regulus dicitur quidam serpens, scilicet rex serpentum, qui priusquam ad aquam venerit ydrofabas, id est limphaticos, facit» ab ydor, quod est aqua, et «fabos, quod Greci timorem vocant. Et dicitur hic et hec ydrofaba, be, quod est metus aque. Unde Latini ab aque metu limphaticum vocant quod fit ex canis rabidi morsu vel ex eius spuma,

REFOCILLO 3 enim] autem B; et ipsa flamma] in flamma sua B 4 sive sit aliud C 6 dicitur *om.* CD; et] vel A 7-8 foculo . . . dicitur *om.* C 7 nutrire vel BD 8 a *om.* B; dicitur a focillo B

REGULA 1 recte] recto AD, retro B 2 quod *primum*] quasi D; vel *alterum om.* C; quod *alterum*] quasi AD

REGULUS 7 et *primum om.* BD; et dicitur] unde C 8 ab] a B; aque] aqua ACD 9 fit] sunt A; canis eius rabidi C; ex *alterum om.* A; eius *om.* B

10 quam si homo vel bestia tetigerit in dementia vertitur». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Rego *et* Idor) et subdit de regulo dicens «idem et sibilus dicitur quia sibilo occidit antequam mordeat vel exurat». Vide supra ubi exponitur basilicus, quod idem est.

RELIGIO, sicut ait Papias, dei cultus est, dei veneratio. Ysidorus autem Ethimologiarum viii (2,2) circa principium dicit sic, «Religio appellata quod per eam uni deo religamus animas nostras ad cultum divinum vinculo serviendi». Huguitio (*s. v.* Ligo) dicit quod «religio est virtus que superiori nature, quam divinam vocant, cultum cerimoniamque confert». «Tria sunt autem», sicut ait Ysidorus in viii (2,3) Ethimologiarum, «que in religionis cultu ad colendum deum in hominibus perquiruntur, scilicet fides, spes, caritas. In 10 fide quid credendum; in spe quid sperandum; in caritate quid amandum». Et assignat Papias differentiam inter religionem et superstitionem dicens quod religio est in virtute, superstitio vero in vitio, id est in cultu illicito.

REMETIOR, tiris dicitur iterum metiri vel reddendo metiri, et invenitur in passiva significatione Matthei vi a (7,2). Et est compositum a re et metior, tiris, metitus sum vel mensus sum, metiri. Ita declinat Huguitio. Ego numquam recolo me 5 legisse metitus sum sed tantum mensus sum. Unde et mensura dicitur. Et in Doctrinali (947-8) scribitur sic,

Dat nascor natum, dat mensum metior, orsum
Ordior, et passum patior, potiorque potitum.

Loquitur de supinis que formantur a preteritis perfectis.

RELIQUIE dicuntur partes residue. Item reliquie dicuntur ossa et vestimenta sanctorum que nobis relinquuntur ut,

10 quam] quod A; vel si bestia B 12 idem] item A; et] etiam B;
occidit] interficit B 13-14 quod idem est *om.* D
RELIGIO 1 dei *alterum*] deique B 3 quod] quia A 4-5 huguitio vero B
13 in *primum om.* D
REMETIOR 2 et *primum om.* C

eorum merita recolentes, eos digne veneremur et eorum vitam imitemur. Et dicuntur reliquie a relinquo, quis.

REMEX, remigis masculini generis dicitur ille qui remigat. Et dicitur remex quasi remum agens a remigo, gas. Unde hoc remigium actus vel officium remigis. Remigare dicitur quasi remum agere.

REMUS a removendo dicitur. Unde Ysidorus Ethimologiarum xix (2,6-7), «Remi a removendis et discutiendis fluctibus dicti . . . Palmula est extrema latitudo remi, a palma dicta, qua mare impellitur».

REMINISCOR, ceris quod componitur a re et memini idem est quod recordari, ad memoriam reducere. Et caret supino et suppletionem preteriti quia caret participio preteriti temporis. Unde Priscianus (x, 22) «a reminiscor supinum vel
5 participium preteriti vel futuri temporis in usu non inveni, quamvis ratio in hoc quoque rementum, quomodo commentum, exigit dici», quasi diceretur sicut a comminiscor dicitur commentus sum in preterito et commentum in supino, ita rationabiliter diceretur a reminiscor, rementus sum et
10 rementum, tu si essent in usu.

REMITTERE dicitur retro vel iterum mittere, dimittere, condonare, dissolvere, lenire, non ex toto intendere. Unde remissus, sa, sum, id est retro vel iterum missus, condonatus, dissolutus, levis, negligens, tractabilis, indulgens. Hee significatio-
5 nes possunt extrahi de Papia et Derivationibus Huguitionis.

REN, renis vel rien, rienis, quod idem est, dicitur a rivus, rivi. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (1,97), «Renes ait Varro dictos eo quod rivi ab hiis obsceni humoris nascuntur. Nam vene et medulle tenuem liquorem desudant in

RELIQUIE 3 merita *om.* C

REMUS 2 a] quasi C 3 pamula D

REMINISCOR 5 temporis *om.* BC 6 ratio *om.* AB; in *om.* BC; hoc *om.*

C 6-7 commentum] romentum C 8 sum *om.* C

REN 4 et] ac B

- 5 renibus, qui liquor rursus a renibus calore venereo resolutus
decurrit». Et est ren masculini generis. Unde Priscianus
(vi, 30), «In en productam latina generis sunt masculini . . .
lien, rien vel ren et splen». Nota quod splen et lien idem sunt,
et dicitur splen a suppleo, es quasi supplemen. Unde ait Ysi-
10 dorus Ethimologiarum xi (1,127), «Splen dictum est a sup-
plemento ex contraria parte iecoris, ne vacua existeret, quem
quidam etiam risus causa factum existimant. Nam splene
ridemus, felle irascimur, corde sapimus, iecore amamus.
Quibus iiii elementis constantibus integrum est animal».
- 15 Versus,

Scribe lien proferque per i splenemque notabit,
Scribe per y grecum, venerem tunc significabit.

RENUNCULUS diminutivum est a ren, renis et dicuntur re-
nunculi parvi renes vel intestina quedam renibus adherentia.
Et sunt rotunda ad modum testiculorum et sunt comesti-
bilia. Unde Grecismus (ix, 262-3),

- 5 Intestinorum pars est renunculus aut sunt
Renes luxurie sedes nec non alimenta.

Item alii versus,

Est intestinum renunculus et geminatur
Nam duo sunt nec non ren parvus sic vocitatur.

- 10 Vide supra ubi exponitur adeps in fine.

RENUO, renuis, renui, renuere, renutum dicitur refutare. Et
est compositum a re et nuo, nuis, quod est «annuere, con-
sentire, promittere vel nutum facere». Ita dicit Hugutio
(s. v. Nuo).

5 liquor] liquo C; venerio D 7 producta C 8 rien *om.* D 9 es
om. B; ait *om.* C 10-11 a supplendo vel a supplemento B 11 ex]
et C, e D; vacua] vana C 13 iecore amamus *om.* C 16 scribo B;
proferoque B; notabis B, vocabit D 17 *Post* significabit *add. in*
textu A: alii versus de grecismo (xix, 106-7) cor sapit et pulmo lo-
quitur vel commovet iras (iram C) / splen ridere facit cogit amare
iecur. *Hos versus exhibet in marg. D, insertos ante scribe (v. 16) C*

RENUNCULUS 9 sunt *om.* C

RENUO 1 renutum *om.* C; renutum tu B

REPANDUS idem est quod recurvus. Et componitur a re et pandus, da, dum, quod est curvum. Unde Virgilius in ii Georgicorum (194),

Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.

- 5 Et dicitur a pando, dis, pandi, dere, passum, su, quod est extendere, dicere, referre, manifestare, aperire. Et dicit Huguicio (s. v. Pando) quod pandum proprie dicitur quod «dirigit cornua in inferiorem partem», quod vero in superiorem dicitur curvum; omne tamen curvum potest esse pandum
10 et e converso diversis respectibus.

REPEDO, das dicitur reverti, remeare. Et componitur a re et pedo, das, quod est pedam facere, id est vestigium pedis. Vel dicitur repedare quasi retro pedem agere. Item equus dicitur repedare cum retro pedem iacit et percutit. Versus,

- 5 Dum quadrupes repedat caveas ne te pede ledat.

REPENDO, dis, rependi, rependere dicitur reddere, remunerare. Et componitur a re et pendo, dis, pependi, dere, pensum, quod est suspendere, trutinare, exsolvere, reddere, tribuere, sustinere.

REPENTE, id est subito, adverbium. Unde Ovidius Metamorphoseon iv c (402-3),

Tecta repente quati pinguesque ardere videntur
Lampades.

- 5 Item invenitur repens, repentis nomen, id est subitus. Unde et repente adverbium dicitur. Ovidius in libro Fastorum (1, 96),

In marg. fol. 155 add. D: renus fluvijs dividens galliam et germaniam renus fluvijs a rodani societate fertur dictus quoniam cum eodem ex una provincia oritur

REPANDUS 4 fumantia] firmantia A 5 dere om. B; su om. BC 8 in primum om. C 9 tamen] enim C; esse] dici B

REPEDO 5 Cf. Walther², no. 6675; quadrupedes B

REPENDO 2 pependi om. C; dere om. BD 4 retribuere D

REPENTE 2 c] ea C

Bina repens oculis obtulit ora meis.

Et inde repentinus, na, num, id est subitus.

REPERIO, reperis componitur a re et perio, peris, quod antiquitus erat quarte coniugationis. Vide supra ubi exponitur. Et nota quod reperimus ultro occurrentia, invenimus quesita. Vel reperire est scire de re perdita ubi sit, invenire autem est rem perditam rehabere. Et dicit Huguition (s. v. Pario) quod reperio, peris, repperi «duplicat p in preterito cum diminuat» una sillaba respectu presentis.

REPO, repis, repsi, repere, reptum dicitur ventre per terram ambulare, sicut faciunt serpentes, et quandoque ponitur pro latenter intrare et inde repto, tas frequentativum. Et a repo dicuntur reptilia et, sicut ait Papias, reptilia sunt que ventre et pedibus reptant vel que ventre et pectore reptant. Idem reptilia ideo dicuntur hec que natant quia reptandi habent speciem et naturam, quamvis enim se in profundum immergunt tamen in natando repunt. Unde David (Ps. 103,25), «Hoc mare magnum et spatiosum manibus, illic reptilia» etc. Item dicit Papias inter reptilia et repentia hec est differentia, «reptilia aquarum sunt, repentia vero terre». Non tamen semper huiusmodi proprietas observatur. Item in Historiis (1062) scribitur quod «sexta die ornavit deus terram, produxit enim terra tria genera animalium: iumenta, reptilia, bestias. Sciens enim hominem per peccatum lapsurum in penas laboris, ad remedium laboris dedit ei iumenta, quasi iuvamenta, ad opus vel esum. Reptilia vero et bestie sunt ei in exercitium. Reptilium vero tria sunt genera: trahentia, ut vermes qui se trahunt; serpentina, ut colubri qui vi

REPERIO 3-4 quesita] cuncta A 5 est om. C 6 repperi] perii AC; in una C

REPO 2 fatunt B 3 inde dicitur B; et om. B; repo] repto D 5 vel] et C; idem] item B 6 ideo om. B 7-8 immergant BC 8 tamen] cum A; David] in psalmo B 9 spatiosus AC; manibus om. BC 10 etc] quorum non est numerus B; item] ita C 12 huius D; item om. A 14 enim] autem B 15 reptilia et bestias B 16 ad] in B 19 qui primum] que C; se trahunt] se ita habent ABD

20 costarum se rapiunt; repentia pedibus, ut lacerte et botrace». Genus serpentis est. Ysidorus Ethimologiarum xii (4,35) ubi agit de serpentibus sic dicit, «Botraca dicta quod rane habeat faciem, nam Greci ranam botracam vocant».

REPUDIUM dicitur repulsio vel scriptum repulsionis quod, sub testimonio testium, presenti vel absenti mittitur. Et componitur a re et podium quod est baculus super quem innitimur. Podium etiam dicitur ubicumque innitimur. Vir
5 autem est podium sive sustentamentum mulieris. Unde repudium dicitur repulsio mulieris a viro. Vel componitur a re et pes, pedis. Unde repudium quasi repedium dicitur. Cum enim repudiatur mulier, tunc repedat, id est revertitur ad suos. Vel componitur a repello, lis et edes, quod est do-
10 mus. Unde repudium dicitur quasi repelledium, id est repulsio ab ede. Et inde repudio, dias, id est repellere vel refutare. De libello repudii dicitur in Historiis (1256) super Deuteronomii xxiii a (1), «Vir apud quem uxor sua non inveniebat gratiam propter aliquam feditatem, que multi-
15 mode prevenit, scribebat quod numquam conveniebat cum ea, et causam ob quam displicebat ei mulier ne conveniret, et tradebat libellum in quo scripta erant hec mulieri ut coram sacerdotibus legeretur. Et cum iurasset verum esse quod scripserat licebat utrique alii copulari. Quod si ingre-
20 deretur mulier ad alterum, qui iterum daret ei libellum repudii, priori viro non licebat eam recipere, quia abominabilem eam fecerat coram domino». Versus de Aurora (*Dt.* 121-8),

Copulat uxorem sibi vir cum quilibet actus

20 et *om.* ABD; botrace scilicet buffones B 21-23 Ysidorus... vocant *in marg.* D 21 xii] xi BCD 22 est dicta B; quod] quia C 23 habet B; *In marg. add.* D: repo repis repsi reptum latenter intrare et producit re

REPUDIUM 3 quod est baculus *om.* C; bacillus A 4 podium *om.* C 5-6 dicitur quasi repedium repulsio C 8 repetat C 10 unde] inde C 14-15 multis modis D 16 ea *om.* C; conveniunt C 17 tradebat ei B; mulieri *om.* B 18 verum esse] quod verum esset C 19 quod scripserat *om.* D

- 25 Terreni curam suscipit hancque colit.
 Sed si quid fedum vir viderit, ille libellum
 Discidii dat ei sicque relinquit eam;
 Sic mundi curam, cum fedos viderit eius
 Actus, despiciens iure relinquit homo,
 30 Et velut uxorem vir ab ede repellit, amorem
 Sic fedum prudens cordis ab ede fugat.

REQUIETUS, ta, tum dicitur tranquillus. Vide supra ubi exponitur quieo.

RES, rei a reor, reris secundum Huguitionem dicitur. Et dicit Ysidorus in v (25,2) Ethimologiarum ubi agit de rebus, «Res sunt que in nostro iure consistunt. Iura autem sunt que a nobis iure possidentur nec aliena sunt. Dicta autem res a
 5 recte habendo, ius autem a iuste possidendo. Hoc enim iure possidetur quod iuste, hoc iuste quod bene. Quod autem male possidetur alienum est. Male autem possidet qui suis male utitur vel aliena presumit. Possidet autem iuste qui non irritatur cupiditate. Qui autem cupiditate tenetur possessus
 10 est, non possessor». Verba sunt Ysidori.

RESINA «dicitur quodlibet genus gummi liquidum vel aridum a resin grece, quod est manare latine. Prima pretiosior est terebintina, . . . secunda lentiscina que venit de Chio in-

25 hancque] atque AD 28 fedos] fedes ABC, fedo D 29 despicias D

In marg. fol. 155 add. D: reputo reputas id est ascribere destinare tradere crimen alicui imponere

REQUIETUS 1 transquillus C

RES 3 sunt *alterum om.* C 5 autem] vero B; enim] autem B; iure] iuste O 6 possidetur quod recte quod iuste hoc iuste quod bene AD, possidetur quod recte quod iuste quod bene B, possidetur quod recte hoc iuste quod bene C 7 possidetur hoc alienum C; possidet] possidetur ABD *In marg.* D: res proprie incorporalis licet pro corporali ponatur hoc invenitur in papia secundum remigium res quidam gramatici dicunt incorporales cum una ratione corporalia et incorporalia omnia res possunt nominari hec in papia secundum priscianum

RESINA 1 quodlibet] quod C 2 prima *om.* D 3 chio] scio C

sula, tertia pinea». Ita dicit Magister in Historiis (1132) su-
 5 per Genesis xliii (11). Alii dicunt quod resina dicitur a resu-
 dando, et hoc videtur velle Ysidorus Ethimologiarum xvii
 (7,71) ubi agit de propriis arborum nominibus dicens, «Re-
 sinam Greci dicunt quicquid manat. Est enim lacrima sudore
 exalata lignorum» etc. Resina producit penultimam, licet
 10 dicat Iuvenalis in iii (8,114),

Despicias merito; quid enim resinata iuventus etc.

Poetica enim licentia usus est ibi.

RESTAURO, ras dicitur reparare vel restituere, in stauro re-
 ponere. Vide supra ubi exponitur instauro et patebit tibi
 compositio. Hugutio (s. v. Stasis) dicit quod ab instar dici-
 tur «instauro, ras, id est facere simile priori, restituere,
 5 reficere, ad similitudinem prioris aliquid facere, reparare,
 quod componitur restauro, ras, quod est proprie tertio re-
 parare».

RESTIS dicitur funis vel quod fit ex funibus ad aliquid tra-
 hendum. Et dicuntur «Restes sive quod rates teneant sive
 quod hiis rates tendantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologia-
 rum xix (4,1) quasi diceret restis componitur a ratis et teneo,
 5 es eo quod ratem teneat, vel a ratis et tendo, dis eo quod in
 rate tendatur. Vel componitur a rete et tendo, dis quia rete
 restibus tenditur. Et declinatur hec restis. Unde resticula
 diminutivum.

5 genesim C 7-8 resina CD 8 enim] autem B 9 lignorum] arbo-
 rum A; etc. om. C, etc. et sciendum quod resina B 9-12 resina . . .
 ibi in marg. D 11 quid] qui C; resina B 12 enim] autem B; ibi]
 hic B

In marg. fol. 156 add. D: resipo resipis id est redire ad sapere et proprie
 ille resipit qui penitens forefacti redit ad satisfactionem et ad sapere
 quod dimiserat forefaciendo unde resipisco inchoativum reserare
 id est ostendere

RESTAURO 1 in stauro] instaurare A

RESTIS 1 fit om. AD 3 teneantur C 4 xvii BC 5-6 ratis . . . com-
 ponitur om. C 6 rete *primum*] rethi B; quia] quod A 7-8 et . . .
 diminutivum om. D

RETE a retinendo dicitur eo quod pisces vel aves retineat. Unde Ysidorus Ethimologiarum xix (5,1), «Retia vocantur sive a retinendis piscibus sive a vestibis quibus tenduntur».

RETIACULUM dicebatur craticula in modum retis facta Exodi xxxviii a (5). Item retiaculum sicut et reticulum diminutivum est a rete, retis, scilicet parvum rete. Reticulum et retiolum et reticula, le dicitur parvum rete vel mitra sive
5 ornamentum capitis quod fit ad modum retis. Grecismus (xi, 29-30),

Parvum rete notat hoc verbum reticulum, quin
Tegmen quod capiti ponere virgo solet.

Reticulum etiam dicitur parvum intestinum tenue vel quasi
10 retiaculum quod operit vitalia. Vide supra ubi exponitur adeps in fine.

RETUNDO, dis, retudi, dere, retunsum, su dicitur «retro tundere vel tundendo retro opprimere et acumen ferri destruere». Et componitur a re vel retro et tundo, dis, tutudi, tunsum, su, quod est percutere, verberare, concidere, con-
5 fringere, cedere. Et dicit Huguitio (s. v. Tondo) quod tundo «geminat primam sillabam in preterito et amittit ibi n, sed in supino retinet n. Et omnia ab eo composita amittunt geminationem in preterito». Hucusque concordat cum Prisciano, sed quod addit quod predicta composita amittunt
10 «n in supino, ut contudi contusum», retudi retusum, hoc potius dicit vulgariter quam regulariter. Dicit enim Priscianus (x, 27), «tundo tunsum». Virgilius in iiii (267) Georgicorum,

BETE 1 retineant B 3 *Post tenduntur add. A in textu: ysidorus videtur velle dicere quod dicatur hec retis et hoc probatur per hoc quod dicitur hec reticula vide infra proximo. Hoc additamentum subscripsit A et in marg. inf. cum signo insertionis supra post diminutivum in articulo Restis. Idem scripsit B in textu post diminutivum supra*

RETIACULUM 7 vocat B 8 viro C 9 vel] et C 10 ubi om. B

RETUNDO 1 su om. BC 3 vel] et D; tutudi] tundi C 4 su om. CD 4-5 confringere et cedere D 6 sillabam om. C; et om. D 8 et hucusque B 9 predictam C

Profuit et galle tunsum ammiscere saporem.

15 Idem in primo (261-2) eorundem,

durum protudit arator

Vomeris obtunsi dentem, cavat arbore lintres.

Item i Regum xiii g (21) dicitur quod «Retunse erant acies vomerum».

RETORTUS, ta, tum vel retorsus, quod idem est, dicitur a re-torqueo, ques, retorsi, quere, retortum vel retorsum, quod componitur a re et torqueo, torques, si, quere, sum vel tum, quod est cruciare, volvere, flectere, mittere vel iaculari. Et
5 omnia ab eo composita sapiunt istas significationes et faciunt preteritum in si et supinum in tum vel in sum. Retortus ergo dicitur iterum cruciatus vel retro vel iterum flexus vel iterum volutus, sicut filum bis filatum, vel iterum missus, sicut iaculum quod iterum mittitur in hostes.

RETRUDO, dis, si, dere dicitur intus trudere vel claudere, retro trudere vel extra trudere. Unde extrusus, sa, sum. Et componitur retrudo a re et trudo, dis, si, dere, trusum, su, quod est impellere, impingere, in custodiam includere. Item
5 trudo componitur obtrudo dis et obstrudo obstrudis obstrusi, id est contra vel ob aliquid vel undique trudere, includere, abscondere. Unde obtrusus et obstrusus, sa, sum.

RINOCERON «a Grecis vocatur. Latine interpretatur in nare cornu. Idem et monoceros, id est unicornis, eo quod unum

14 soporem B 16 duram AD 17 obtusi A; arbore] ab ore AD
19 Post vomerum *add. in textu* B, *in marg.* AD: lintres navicule sunt

RETORTUS 1 est *om.* C 6 si] su C; vel in sum *om.* B 7 ergo *om.* B; dicitur quasi iterum B

RETRUDO 1 vel] et D 2 extrusus] retrusus C 3 trusum *om.* CD; su *om.* BCD 4 repingere C 5 obstrusi obstrusum id C 7 et obstrusus *om.* B; sa sum *om.* C; *post* obstrusus *add.* C: unde in hymno sancti iohannis baptiste ventis obtruso positus cubili etc

RINOCERON 2 monoceros D; unicornix B

cornu in media fronte habeat, pedum iiii, ita acutum et validum ut quicquid impetierit aut ventilet aut perforet. Nam
 5 et cum elephantis sepe certamen habet et in ventre vulneratos prosternit. Tante autem est fortitudinis ut nulla venantium virtute capiatur; sed, sicut asserunt qui naturas animalium scripserunt, virgo puella preponitur que venienti
 10 sinum aperit in quo ille, omni ferocitate deposita caput ponit sicque soporatus velut inermis capitur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (2,12-13) ubi agit de bestiis. Item Gregorius (*PL* 76,571), «Rinoceron fera omnino indomite nature, ita ut si quo modo capta fuerit, teneri nulla tenus possit. Impatiens quoque, ut fertur, ilico moritur». Dicitur
 15 autem rinoceron vel rinoceros a rinos, quod est naris, et ceros, quod est cornu. Idem et monoceros a monos, quod est unus, et ceros, quod est cornu quia unum cornu habet in media fronte. Unde et unicornis vel unicornium dicitur latine. Item secundum quosdam idem dicitur egloceros, id est capricornus
 20 ab egle, quod est capra, et ceros, quod est cornu. Unde Physiologus (*p.* 31) dicit, «unicornium est pusillum animal simile hedo, acerrimum nimis». Et declinatur hic rinoceros, ontis, et similiter declinatur monoceros et egloceros. Contrarius tamen videtur Priscianus (vi,70) huic declinationi,
 25 qui dicit de nominibus terminatis in os «grece eiusdem terminationis genitivum grecum sequuntur, os finali in is conversa». Et sic videtur quod deberet dici rinoceros rinocerois, sicut heros herois sed sicut patet ex verbis Gregorii et Ysidori suprapositis aliam habet terminationem, scilicet in on et secundum hoc debet facere genitivum in ontis, ut leon leontis.
 30 Dicit enim Priscianus (vi, 70), «hic leo, huius leonis, si enim

3 habeat et pedum D 8 virgo ei puella A 12 fera animo omnino B; indomitate D 13 modo *om.* C 14 quoque] ergo C; infertur B 16 monecheros B; unum B 17 quia unum cornu *om.* D; medio D 18 unicornium] unicornu B; item] unde C 23 huius ontis A; ontis] rotis C; hic monocheros A; monoceros tis C; et egloceros *om.* C 26 sequitur AD; finali *om.* D; is] hiis B 28 sicut] sic D; sicut dicitur heros B

leon dicas necessario servas ut genitivus quoque secundum
Grecos habeat t, leontis». Et iste modus declinandi tenetur
in obliquiis huius nominis rinoceron, sive in on sive in os,
35 terminetur, propter confusionem variarum declinationum
vitandam.

RITUS, tus, tui masculini generis dicitur consuetudo a mo-
ribus tracta et pertinet ad iustitiam et dicitur a ratus, quod
est firmus. Unde ritus dicitur quasi ratus quia que rata
sunt et firma ritui debent tradi. Vel ritus dicitur a rego, regis
5 quasi rectus.

RITE, id est recte, adverbium est. Unde Priscianus (xv, 14)
ubi agit de adverbio sic ait, «A rito quoque verbo vel ritu
rite pro recte quia nichil traditur ritibus nisi quod rectum
creditur esse».

RIVUS a ruo, ruis dicitur quia cito ruat vel a rigo, rigas quia
ducitur ad rigandam terram. Et, sicut ait Ysidorus Ethimo-
logiarum xiii (21), rivus fons, torrens et fluvius et amnis ita
distinguntur: (4) «rivi dicti sunt eo quod diriventur ad ir-
5 rigandum, id est ad inducendum aquas in agris . . . (5) Fons
caput est aque nascentis quasi aquas fundens». (2) «Torrens
est aqua veniens cum impetu. Dictus autem torrens quod
pluvia crescit, siccitate torrescit, id est arescit. (1) «Fluvius
est perennis aquarum decursus a fluendo perpetim dictus.
10 Proprie autem flumen ipsa aqua, fluvius cursus aque. Prius
autem flumen quam fluvius, id est prior aqua quam decur-

32 leon dicas] leontitas B 36 evitandam C; *post evitandam add.*
in textu C, in marg. B: verius tamen credo quod dicatur rinoceros
tis et similiter monoceros tis sed rinoceron et monoceron faciunt
ontis

RITUS 2 ratus ta tum C 3 firmus ma mum C; unde ritus *om. B;* ratus
quod est firmus quia A

RITE 1 est alterum *om. C* 2 rito] rite B 3-4 rectum est vel esse credi-
tur B

RIVUS 2 sic D 3 xiii *om. B;* et *primum om. C;* fluvius flumen et D
9 perennis] perpetuus C 10 flumen dicitur ipsa C 11 prior ipsa B

sus». (3) «Amnis fluuius est nemore ac frondibus redimitus et ex ipsa amenitate amnis vocatus».

RIXA, sicut dicit Papias, dicitur lis «que inter multos committitur et iniuria constat». Unde rixosus dicitur, quod exponit Ysidorus dicens in x (239) Ethimologiarum, «Rixosus a rictu canino dicitur. Semper enim ad contradicendum paratus est et in iurgio delectatur et provocat contendentem». Et a rixa dicitur rixor, aris, id est rixam facere vel contendere. Rixa autem dicitur a ringo, gis, rinxi, ringere, rictum, quod est «irasci, indignari vel rictum facere. Unde hic rictus, tus, tui, id est oris apertio. Vel quod dicitur os in homine dicitur rictus in bestia». Ita dicit Hugutio (s. v. Rado).

ROBUR generaliter dicitur «ex omni materia quicquid est firmissimum, et robur dicitur fortitudo, vires. Unde et quoddam genus arborum dicitur robur quia valde firmum est. Et quelibet arbor vel lignum dicitur robur». Et inde 5 «robustus, ta, tum, id est fortis et firmus, et roboro, roboras, id est confortare, confirmare, maiores vires dare». Et dicitur robur a ratus, ta, tum, quod est firmum. Ita dicit Hugutio (s. v. Reor).

ROGO, gas dicitur petere, orare, implorare. Unde hec roga dicitur elemosina, quod in vita Iohannis Elemosinarii (PL 73,344) reperies. Et a rogando dicitur roguis, id est ignis pro mortuo. Et dicit Papias «rogus est compositio lignorum, 5 pira quando corpus impositum est ad cremandum, funus mortis apparatus, bustum corpus concrematum, sepulcrum

12-13 redimitus id est ornatus C

RIXA 1 dicit] ait C; multo C 1-2 committatur C 3 x]xi B 4 ritu B; dictus C 6 rixor] rigor C; vel om. D 7 autem om. C 8 facere unde in parvo doctrinali ringitur excelsa simia sede sua unde C; rictus] unctus B 9 dicitur alterum] dicitur C 10 rictus] unctus B
ROBUR 1 quicquid scilicet B 2 fortitudo sive vires C 3 arboris vel arborum B 5 et primum om. C; firmus ma mum C 7 robur om. D

ROGO 3 dicitur hic roguis B 5 pira est quando B

ubi ossa conduntur, tumulus congestio terre in religione sancta qui et sine ossibus potest esse, monumentum vero est cuiuscumque rei memoria que monet mentem». Item rogus
 10 dicitur focus vel congeries lignorum in igne. Verba sunt Papie.

ROS «grecum est, quod illi drosor dicunt. Alii dicunt rorem dictum quod rarus est et non est spissus ut pluvia». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (10,9). Alii dicunt quod ros dicitur a ruo, ruis eo quod de aere ruat ad terram. Et
 5 dicit Papias quod «tunc ros largior fertur arva perfundere cum serenior nox est et luna clarior lucet». Nam et ipsa largior asseritur ut humorem terre, quem toto die solis calor siccaverit, eundem exiguo noctis tempore ros deponat». Et plerique sub aere quiescentes quo magis sub lumine sunt
 10 lune eo plus humoris se capite collegisse sentiunt». Et a rore dicitur roscidus et roridus, da, dum et rorulentus in eadem significatione, scilicet rore plenus, et roro, roras, id est rorem emittere vel stillare vel rore aspergere vel ad modum roris aspergere.

ROSA dicitur a rubeo, bes quia rubea est. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,17) ubi agit de herbis aromaticis sive communibus sic ait, «Rosa a specie floris nuncupata quod rutilanti colore rubeat». Vel secundum Papiam dicitur
 5 a roda grece, quod est rosa latine. Unde hic rodantes, tis dicitur flos rose.

7 terre et in A; regione D 7-8 sanciat a C 9 cuiusque AC; item om. A

In marg. fol. 157^v add. D: romus vel hic romulus frater remi sed romus de impositione remulus diminutivum causa blandimento item a romus hec roma et non a romulus tunc enim deberet dici romula et non roma et dicitur roma ab illo quia ille fuit primus fundator illius sicut dicit papias

ROS 2 dictum eo quod BD; est alterum om. C 4 ruit A 5 quod om. C 7 quem] que B 10 capite om. C 11 dicitur roscidus et om. C 12 roras ravi rare B

ROSA 2 xi BD 4 quod] quia C 5 huius tis A 6 dicitur om. C

RUBIGO est frugum corruptio «quando scilicet tenere fruges noxio rore percutiuntur et tam spice quam culmi vertuntur in ruborem minii coloris vel sinopidis». Ita dicit glosa Ioel i (4). Et dicitur a rubeo, bes. Vel dicitur a rodo, 5 rodus secundum Ysidorum qui dicit in xvi (21,5) Ethimologiarum ubi agit de ferro, «Rubigo est vitium rodens ferum vel segetes quasi rodigo, mutata una littera. Hec et erugo ab erodendo dicitur, nam erugo vitium est ferri ab erodendo dictum, non ab eramento».

RUBRICA quidam color rubeus dicitur. Unde Ysidorus Ethimologiarum xix (17,2), «Colores autem nascuntur aut fiunt. Nascuntur, ut Sinopis, rubrica». Et sequitur (4) «Rubrica vocata quod sit rubra et sanguineo proxima. Hec locis plu- 5 rimis gignitur, sed optima Ponto; unde et Pontica dicitur». Huguicio dicit quod a ruber, bra, brum dicitur hec rubrica, id est «regula vel filum rubro tinctum quo aliquid distinguitur. Et rubrica dicitur illa tinctio vel terra rubra et quod fit de illa tinctura». Et producit semper hanc sillabam bri. Unde 10 Persius circa principium (1,66),

Hanc secus ac si oculo rubricam dirigat uno.

Item Oratius in Sermonibus (II, 7,98-9),

Prelia rubrica picta aut carbone velut si
Re vera pugnent, etc.

15 Et inde «rubrico, cas, id est dirigere cum rubrica et rectum facere» vel rubrica designare vel rubrum facere, et inde rubricatus, ta, tum, id est rubrefactus vel rubrica tinctus.

RUBUS genus est ligni spinosi de quo Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,19), «Rubum Latini appellant eo quod fructus

RUBIGO 2 noxio] novo B; tam] iam A 2-3 vertuntur et in ruborem minii gallice de vermellon coloris vel sinopidis B 3 sinapis A, sinopis D 4 i om. D 7 hec] hoc AD 8 est om. B 9 eradendo C
RUBRICA 1 dicitur] est C 3 rubrica *primum*] rubricata A 4 vocata est eo quod B; sanguineo colori B 7 quo] quod D 8 fit] sit C 12 item] ideo C 13 velut] velit C 17 rubore factus C

vel virgula eius rubeat. Hec arbor a Grecis morus dicitur». Et propter hoc dicit Ovidius in principio *Methamorphoseon* (I, 103-5) de primitivis hominibus,

Contentique cibus nullo cogente creatis
Arboreos fetus montanaque fraga legebant
Cornaque et in duris herentia mora rubetis.

Et est rubus masculini generis.

RUDENS, tis dicitur corda rudis. Unde Ysidorus *Ethimologiarum* xix (4,1), «Rudentes sunt funes navium ex nimio stridore ita dicti». Scilicet a rudo, dis, rudi, dere, sum, quod est clamare asinorum quia strident ad modum asini. Et dicit Hugutio (s. v. Ruo) quod rudo, dis corripit primam sillabam. Unde Ovidius (*A.A.* III, 290),

Ut rudit ad scabram turpis asella molam.

Idem in libro *Fastorum* (I, 433),

Ecce rudens rauco silenti vector asellus
Intempestivos edidit ore sonos.

Persius (3,9) tamen producit primam sillabam dicens,

Clamat ut Arcadie pecuaria rudere credas.

Et dicit Hugutio quod «falsus est versus, si enim prima esset longa», secundum Priscianum (IX, 14) «faceret preteritum rudo rusi ut ludo lusi, sed rusi in veritate nichil est». Item dicitur rudio, rudis, dii vel divi, dire, scilicet commune clamare omnium animalium sive asine sive alterius animalis. Unde componitur erudio, dis, instruere quasi extra rudire vel extra ruditatem ponere.

RUGIRE proprie leonum est. Unde hic rugitus, tus, tui dicitur clamor leonis et quandoque simpliciter ponitur pro clamore sed improprie et per metaphoram.

RUBUS 6 contenti B 7 fraga C

RUDENS 3 dere rusus sum D 7 scabam ABD 8 item B 9 silenti] sillem AD, cillem B 12 ut] cum C; credas] queras B 13 et] sed B 15 ludo dis lusi B 16 scilicet om. D

RUGIRE 3 per om. C

RUMINO, nas dicitur remandere, regustare, cibum ad rumam vel rumen revocare. Est autem ruma vel rumen emiens pars gutturis proxima gurgulioni in qua cibus et potus devorantur et ubi sapor cibi vel potus discernitur. Unde
 5 Ysidorus Ethimologiarum xi (1,59), «Rumen proximum gurgulioni, quo cibus et potus devorantur. Hinc bestie que cibum revocant ac remandunt ruminare dicuntur». Quid sit autem gurgulio dictum est supra ubi exponitur eructo, tas. Item Papias, ruma gula unde ruminant animalia, id
 10 est in rumam revocant. Idem ruminatio «dicta a ruma, eminente gutturis parte, per quam dimissus cibus a certis animalibus revocatur». Et nota quod frumen et ructa sunt in homine. Unde et ructare, non ruminare dicitur. Ruma autem et rumen in bestia. Et dicitur ruma et rumen a ruo,
 15 ruis quia per partem illam cibus ruit et descendit in stomachum.

RUMPHEA idem est quod framea. Unde Ysidorus Ethimologiarum xviii (6,3) ubi agit de gladiis, «Framea gladius est ex utraque parte acutus, quam vulgo spatam vocant. Ipsa est rumphea». Vide supra ubi exponitur framea. Quid sit
 5 spata dicitur in suo loco.

RUNCINA multa significat, sicut enim dicit Augustinus in iiii libro De civitate dei viii capitulo, Runcinam antiqui dixerunt deam illam que presidet segetibus cum runcantur, id est a terra auferuntur. Nam runco, cas dicitur herbas a
 5 terra avellere. Item «runcina est quoddam artificium lignarii, gracile et recurvum quo cavantur tabule domus ut una alteri connectatur». Ita dicit Haimo (*Com. in Is., PL 116,*

RUMINO 3 gurgulioni D 6 potus] potio D; devoratur C 8 autem] ergo B 9 gula est unde BD 10 in om. D; dicta est a B 11 eminente scilicet gutturis B; certis] ceteris D 15 per] ad B
 RUMPHEA 2 viii D 4 quid autem sit B 5 docetur C; in om. B
 RUNCINA 3 illam scilicet que B; runcantur] truncantur ABD 4 a terra] terre C 5-6 lignarium A 6 recurvunt D; caveantur C 7 connectatur] committatur C

939) super xliiii (13) Isaie. Et sicut in prima significatione secundum Augustinum dicitur runcina a runcando, id est
 10 auferendo, ita et in secunda, runcina enim aufert et avellit interiora ligni cavando ipsum. Vel dicitur runcina a runcone quia curva est ad modum runconis. Est autem runco «fer-
 15 a similitudine falcis. Et dicitur runco a runcando», sicut dicit Ysidorus in xx (14,5) Ethimologiarum. Item hic runco dicitur ille qui runcat. Et nota quod sive a runcando sive a runcone dicatur runcina semper producit penultimam. Dicit enim Priscianus (iv, 5), «In na desinentia denominativa sive ver-
 20 balia . . . omni modo longam habent penultimam vel natura vel positione, ut officium officina, medicus medicina, rex regina, leo leena, doctrix doctrina, tonstrix tonstrina, coquus coquina vel culina, cantus cantilena, far farina, luceo lucerna, lux lucina, lateo laterna. Nam Mutina, sagana, pagina
 25 non videntur esse derivata. Sagana enim et saga idem significant». Ita dicit Priscianus in tractatu de denominativis. Idem in tractatu de possessivis (ii, 60) «fiscina corripit penultimam quomodo fuscina. Cur ergo piscina producitur? Quia hoc sine dubio a pisce derivatum est; fiscina autem a fisco an
 30 fiscus a fiscina an neutrum a neutro dubium est. Nam nec fuscina a fusco nec pagina a pago nec Mutina a muto nec Ariminum ab armo derivata, cum sint primitiva, penultimam

8 isaie capitulum et B 9 runcina a runco cas vel a A; runcando] runcinando B 10 in om. D 11 cavando] navando C; runcone] runcione B 12 runcionis B; runcio B 16 *Post* Ethimologiarum *add. in textu* A, *supra post* runconis (v. 12) C, *in marg.* D: runcina quasi runcana a runcando dicitur vel a runcone quasi runcona 17 runcone] runcione B 18 producitur D; penultimam] ultimam B; penultimam sillabam A 20 longam D; habet B 22 rex regis regina BD; tonstrix tonstrina om. C 23 luceo] luce C 24 lux lucis lucina BC; sagana] sagina A, lagana B 26 ita] item AC; denominativis] nominativis BD; idem] item C 28 cur] cum C; hoc] hec C 29 autem an B 29-30 fisco aut fiscus C 30 fiscus an fiscina AD; fiscina aut neutrum C; nec] ne C

corripiunt». Cum igitur runcina verbale sit aut denominativum manifestum est quod semper secundum Priscianum
 35 producit penultimam. Unde Alexander Nequam sic ait
 (fol. 119^a, 21),

Runcinam runco, lector, generare memento.

Unde quidam versificator bene dixit,

Utilis est runcina fabro sed runcina nulli,

40 quia nichil significat. Item alii versus,

Runco runcinam parit, ut medeor medicinam.

Ergo doctrinam lector dicas asininam

Qua sic erratur ut runcina corripiatur.

Ante na longa fit i. Decet hec brevianda notari:
 45 Cum trutina, patina, Prosperpina vult breviari;

Femina cum Mutina sic sarcina vult sociari;

Fuscina, fiscina, machina, pagina dic comitari;

Vult elemosina, buccina, lamina connumerari.

A mare cum na venit ipsi petit assimilari,
 50 Femineo genere debet lex ista tenere.

Hoc est expositio: cum na, id est cum dictio terminata in na, venit a mare, id est a masculino genere, ut domina a dominus, asina ab asinus, tibicina a tibicen petit assimilari ipsi, id est masculino, in accentu. Unde, sicut dominus corripit
 55 penultimam, ita et domina, et sicut tibicen corripit penultimam ita et tibicina, et sicut vicinus producit penultimam, ita et vicina. Et sic de aliis.

33 corripuerunt BD; igitur] ergo C; runcina] mutina C 37 geminare C 38 unde et quidam B; bene dixit] sic ait et bene B 39 est expunxit D 44 hec] hoc AD, hinc B; breviando AD 47 comitari] sociari C 48 vult] vel C 49 mare] masculino *supra scr.* D; assimilari] associari C, assimilari D 51-57 hoc est... aliis *in marg.* D 51 hoc est expositio] a mare cum na etc expositio B, expositio sic patet C; na *alterum*] a D 52 genere *om.* B; ut *iteravit* C 53 tibicen] tibicine BCD 54 id est] ut C; dominus] dicit C 55-56 ita... penultimam *om.* D 55 domina corripit penultimam et B; tibicen] tibicinus B, tibicinis C; 55-56 penultimam *om.* C 57 sic] sicut B; *post aliis add.* A: quod dicitur hic intellige totum de nominibus substantivis feminini generis

In marg. fol. 158 add. D: ruo ruis rui rutum vel ruitum unde hec ruina ruine et hinc ruinosus id est ruina plenus

RUSTICATIO quasi rustici actio dicitur opus vel opera rustici. Unde Ecclesiastici vii (16), «Non oderis laboriosa opera et rusticationem ab altissimo creatam», id est impositam homini in penam primi peccati. Genesis iii (17), «maledicta 5 terra in opere tuo». Item Ecclesiastici xxvii (7), «rusticatio de ligno ostendit fructum illius». Vide infra proximo.

RUSTICA vel rusticus que vel qui moratur in rure. Rus enim dicitur villa, terra, ager, sed rura dicuntur proprie inculti agri, ut silve, pascua quasi rudia. Ager autem qui colitur; unde ab agendo dicitur. Item rusticus dicitur inordinatus et 5 deformis in moribus et secundum hoc comparatur rusticior, rusticissimus. Unde hec rusticitas et, sicut dicit Papias, «rusticitas est morum, rusticatio est operum». Item rusticus dicitur operarius qui rus vel terram operatur. Quod autem dicitur rusticus quasi ruris custos vel quasi rus colens ethi- 10 mologia est non compositio. Versus de Grecismo (IX, 165-7),

Rusticus a rure quoniam rus est sibi cure,
Villicus a villa quia res disponit in illa,
Dicitur agrestis ab agro, sit littera testis.

RUTA «dicta quod sit ferventissima... Hanc venenis repugnare mustele docent, que dum cum serpente dimicaverint, cibo eius armantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii g (11,8). Macer De viribus herbarum multum com- 5 mendat eam et dicit quod est calida et sicca in tertio gradu. Unde ait sic,

A medicis rute vis caustica dicitur esse

267

RUSTICATIO 1 opera] operatio B 2 xvii B

RUSTICA 1 vel *primum*] et BC, *om.* D 4 et *om.* D 6 rustisimus B, rusticinus D 7 est *primum*] vero C 8 quod] quia B

RUTA 1 quod] que C 2 dum *om.* C 2-3 dimicaverit D 5 est *om.* D 6 sic *om.* B 7 *In marg. ad hunc versum add.* C: a custos grece quod est incensio vel inustus sicut dicit huguitio et papias; *post esse add. in textu* A, *in marg.* D: causticus ca cum id est (dicitur D) incensivus a cauma caumatis (quod est incendium D)

	Siccaque, fertur in hiis gradus illi tertius esse.	
	Utilis est sepe stomacho, si sepe bibatur	
10	Expellit partum potu veneremque coercet,	
	Tussim si bibitur compescit, menstrua purgat.	
	Si coquis hanc in aqua, cui vinum iunxeris acre,	
	Compescit talis decoctio tormina ventris,	
	Pulmones iuvat et pectus, morboque medetur	
15	Costarum, quem pleuresim vocat Attica lingua;	275
	Lumbricos oleo decocta et pota repellit.	282
	Cruda comesta recens oculos caligine curat.	285
	Naribus expressus si succus funditur eius	292
	Sistet manantem bene desiccando cruorem.	293
20	Obstat pota nimis vel cruda comesta venenis. etc.	304

S

SABA, sicut dicit glosa Isaie xliii b (3), «civitas est in finibus Ethiopie sita». Secundum Papiam Saba est Arabie regio in qua nunc Sabei habitant, dicta a filio Chus, qui nuncupatus est Saba. Alii dicunt quod Saba est fluvius a qua tota regio
5 nuncupatur.

SABAOTH unum est de decem nominibus quibus deus nominatur apud Hebreos, que ponuntur supra ubi exponitur alleluia. Et interpretatur Sabaoth exercituum sive virtutum. Unde in Psalmo (23,10), «Dominus virtutum ipse est rex
5 glorie».

SABATH dicitur Februarius, non Ianuarius, ut scribitur in

8 illi *om.* D 12 aquam ABD 14 pulmonem B 15 attrita AC;
in marg. ad hunc versum add. C: grecismus atticus eolicus doricus
ionicusque boetus / grecorum vere tibi sunt idiomata quinque (VIII,
1-2) 16 et pota] potata B 17 recens] cecos B 20 pota] cocta B;
etc *om.* B

SABA 1 isaie xliii b *om.* B; xliiii b C; in finibus] insibus C 2 arabia
ACD 3 sabai populus quidam B; dicta autem a D 4 fluvius]
fluminis B

SABAOTH 1 decem *om.* B 3 dominus exercituum A; sive] vel A 4 unde . . . virtutum *om.* B